De Reginone Prumiensi.

(Symbolarum ad historiam juris canonici spectantium. §§ 9. 11. 13. 14.)

Dissertatio inauguralis

quam scripsit

et

Reverendissimi Theologorum Catholicorum Ordinis

in

Alma Literarum Universitate Viadrina

consensu et auctoritate

pro gradu

Doctoris SS. Theologiae

rite capessendo

die VI. Mensis Februarii Anni MDCCCC Hora XII

in Aula Minore

publice defendet

Carolus Wawra,

Convictorii Theologorum Catholicorum Vratislav. praefectus.

Adversariorum partes suscipient:

Georgius Müller, Curatus ad St. Ursulam Vratislaviae.

Victor Bohn, Curatus ad St. Dorotheam Vratislaviae.

Vratislaviae,

Typis R. Nischkowsky.

MDCCCC.

Commentationis integrae Reverendissimo Ordini exhibitae conspectus.

Pars II.

De fontibus, quibus usus est Regino Prumiensis abbas in libris suis de synodalibus causis compilandis.

§ 9.

Unde emanaverint inquisitiones utrique libro collectionis praemissae.

A.

De inquisitionibus libri primi.

Liber Reginonis primus ab his incipit verbis: „Noticia, quid episcopus vel ejus ministri in sua synodo diligenter inquirere debeant per vicos publicos sive villas atque parochias propriae dioecesis", quae 96 inquisitiones sive articuli seu capitula interrogatoria sequuntur. In articulis 1.—16. agitur de aedificiis ecclesiasticis, altaribus, vasis sacris et reditibus presbytero competentibus, 17.—75. de vita et conversatione clericorum, 76.—82. „quid sit a presbytero inquirendum". „Post haec (sc. inquisitiones 83.—96.) de ministerio sibi commisso inquirendus est."

Jam quaeritur, unde orta sint capitula illa interrogatoria.

Jamjam cap. 69. Capitularis Caroli M. a. 786. praecipit: „ut episcopi diligenter discutiant per suas parochias praesbiteros, eorum fidem, baptisma, et missarum celebrationes, ut et fidem rectam teneant, et baptisma catholicum observent, et missarum praeces bene intellegant, et ut psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur, et dominicam orationem ipsi intellegant, et omnibus praedicent intellegendam, ut quisque sciat, quid petat a Deo: et ut Gloria Patri cum omni honore apud omnes cantetur; et ipse sacerdos cum sanctis angelis et populo Dei communi

voce Sanctus Sanctus Sanctus decantet. Et omnimodis dicendum est presbiteris et diaconibus ut arma non portent, sed magis se confidant in defensione Dei quam in armis" [1]). In „Capitulis XIII. et XIV. sub Carolo Magno (incerti anni.)", quae ex codice ms. Andaginensis monasterii ante annum 800. scripto, Mansi publici juris fecit (T. I. Supplementi p. 771./772.), praeterea haec inquisita esse legimus: „XIII. Ut si presbyteri aliqui infra nostra parochia recepti sunt, non a nobis ordinati, neque ab antecessoribus nostris; si aliquis eos receptos habet ad suam basilicam, ante nos eos venire faciat, quicunque eos habuerit". „XIV. De presbyteris, qui infra nostra parochia constituti sunt, qualiter se habent: si infra suum officium se continent secundum Canonicam auctoritatem, et admonitionem nostram, aut non: vel quale testimonium inter eos habent, id est, in populo, aut bonam famam, aut malam. Et si bona est fama, denuntietur, et sciatur omnibus. Et si mala est fama, depublicetur ab omnibus, non per invidiam, neque per alicujus mala persuasione, sed ex veritate proferendum" [2]). Qua ratione autem famam clericorum seu bonam seu malam investigari velit rex, non narratur.

Insuper acta visitationis ab Erchamberto Frisingensi episcopo (835.—854.) factae exstant, ex quibus evidentissime apparet, quomodo et de quibus rebus episcopus in visitatione sciscitatus sit. „Breve commoratorium; Hic innotescit, quid ibi invenimus ad Perechirichium. Inprimis Basilicam, infra Basilica altare tria. Sindones XIII. Capsam unam deauratam. Crucem unam deauratam: et aliam Crucem de stagno (stanno?) paratam. Coronam unam deauratam. Calicem et patenam unam auro decoratas, et alium Calicem et patenam stagnatas. Lectionarium unum. Missalem unum, campanas duas, una aerea et alia ferrea, albam unam, et planetam I. Et villae, qui ad illam Basilicam decimam dant, sunt VIII. Curtem cum domo et horrea tria; infra domum mancipia VIII. Servos VI. et ancillas III. armenta XII. Boves VII. et alias juniores V. Porcos XXVI. Oves II. aucas VII. et pullos IV. Caldarios duos, unus minor, et alter major. Vomerem I. et ligonem I. falcem majorem I. Carras duas. Catenam unam, Cubam unam et alia vasa ad cervisa utendum

---

1) Pertz: Mon. Germ. LL. I., 64.

2) Hartzheim: Concilia Germaniae. Coloniae. 1759. tom. 1., 425.

tria de apibus alvearia II. de spelda modios XX. et de ordea modios XI. et de Segale (siligine) modios XX., terram dominicam cultam colonia tria, de pratis carradas CC. et terram dominicam pleniter seminatam. Et ibidem ad ipsam curtem aspiciunt mansos duos vestitos; inter illos continentur mancipia decem, uterque de ipsis mansis dant in anno de cervisa situlas XII. et uterque ex ipsis Frisingam I. pullos duos et utrasque uxores eorum operantur in ebdomada III. dies et ipsi habent armenta novem. Et unus de his habet caballum I. Et alius mansus oves VI. habet. Et servus dominicus habet Caballum I. et ipsi totos servi dominici, armenta sex, et unus ex ipsis mansis habet porcos III.“ [1]).

Item in Ordine „Synodi per villas“, quem Josephus Steiner edidit ejusmodi capitula interrogatoria etsi breviora quam apud Reginonem de constructione ecclesiae et vita sacerdotis inveniuntur:

I.

„De constructione ecclesiae“.

„Quomodo et, qualiter constructa sit. Si sit dotata de integro manso, vinea mancipiis. Si custodiam habeat per diem et noctem in officiis videlicet, et luminaribus. Si ordinata sit in pallis et linteolis, in capsis, in cruce, calice scilicet et patena, in vestimentis sacerdotalibus, alba videlicet et stola cum manipulare ac corporale. In libris etiam Missale, lectionario, atque antiphonario, seu Martyrologio, aut reliquis libris“.

II.

„De vita sacerdotis“.

„Si prope Ecclesiam suam mansionem habeat: Si pro infantibus baptizandis, aut infirmis reconciliandis aliquod praemium exigat. Aut si aliquis sine baptismo pro suo neglectu mortuus sit. Si suspiciosus de aliqua foemina sit, aut in sua domo aliquam subintroductam habeat“ [2]).

De illis 96 inquisitionibus vero primo libro a Reginone praemissis, Baluzius in praefatiuncula ad inquisitiones sive in „admonitione de inquisitione sequenti“ haec monet: „Inter

---

1) Meichelbeck: Historia Frisingensis. tom. I., 126.

2) Steiner: Synodi dioecesis Augustanae quotquot inveniri potuerunt, collectae ac notis historicis, criticis et liturgicis illustratae. Mindelhemii 1766. tom. I. p. 7.

capitula Hincmari, quae primum edita sunt in appendice tomi III. Conciliorum Galliae, titulus secundus est, de his, quae magistri et decani per singulas ecclesias inquirere et episcopo renuntiare debent. Haec porro capitula Hincmari eadem sunt cum his, quae leguntur in Inquisitione ista. Itaque vel Regino accepit ex Capitulis Hincmari uberioribus, quibus hactenus caremus, aut Hincmarus sua accepit ex veteri formula, ex qua et Regino postea descripsit; quod propius vero crediderim. Si cui tamen aliter visum fuerit, per me licet, ut is judicio fruatur" [1]). Revera nostra inquisitio cum illis capitulis Hincmari [2]), saepius consentit, sed forma utriusque redactionis plane eadem non est. Primum quidem ordo quaestionum discrepat, tum 4. et 5., 16. et 17. quaestiones Reginonis contractae sunt in unam (4. et 15.) apud Remensem, denique apud Reginonem tam quaedam capitula Hincmari omnino quam quorundam capitulorum partes deficiunt.

Capitula 9. [3]), 17. [4]) et 20 [5]) omnino desunt apud Reginonem. In 27. articulo inquisitionis desunt haec verba: „Si habeat clericum, qui possit tenere scholam" (XI. Hinc.), in 69. inquisitione: „juxta institutionem canonicam et ipsae sub testimonio duorum vel trium testium studiose et diligenter dividantur: et ut de duabus portionibus, ecclesiae et episcopi, ratio reddatur per singulos annos, quid inde profecerit in ecclesia"; in articulo 41. Reginonis deficiunt haec: „quoniam ecclesiae, ad quam de nihil habentibus promotus est, esse debent juxta canonicae auctoritatis decretum" (XVIII. Hinc.). In XIX. capitulo Hincmari quandam exiguam

---

1) Pag. 185.—187. ed. Migne.

2) Ed. Migne tom. 115. (ser. lat.) pag. 675.

3) „Ut chrisma et oleum consecratum sub sera recondantur".

4) „Ut matricularios habeat juxta qualitatem loci, non bubulcos aut porcarios, sed debiles et pauperes, et de eodem dominio. Nisi forte ipse presbyter habeat fratrem aut aliquem propinquum debilem aut pauperrimum, qui de eadem decima sustentetur: reliquos autem propinquos, si juxta se habere voluerit, de sua portione vestiat atque pascat".

5) „Inquirendum si de tabernis et de commessationibus, et de familiaritate indebita mulierum se custodiant presbyteri, sicut saepissime interdicimus: quia ad contumeliam nostram laici non petunt, ut si evidenter cum testibus, quo negari possit a quoquam, presbyterum in tabernis invenerit, caballum et cappam inde eis habere liceat. Quapropter si abhinc presbyteri se de talibus non caverint, quia divinum non timent judicium, temporalem illis inveniemus contumeliam et saeculare illorum incorrigibilitati adinveniemus detrimentum".

esse similitudinem autumo cum 70. articulo inquisitionis; et ideo dubito, quin uterque auctor ex communi fonte hauserit.

Utrique enim subest illa admonitio synodalis, quae ad Leonem papam IV. (ab anno 847. ad a. 855. regnantem) auctorem refertur; brevis autem quae sequitur collatio monstrabit cognationem, quae est inter Reginonis inquisitiones et Leonis admonitionis capitula:

Inquisitio lib. I. Reginonis.		Leonis admonitio synodalis seu homilia[1].
1.	=	XI.
4. 5. 7. 9.	=	VIII.
6. 68.	=	VI.
8.	=	X.
10.	=	IX.
12.	=	V.
17.	=	I.
19.	=	XIV.
20.	=	XV.
21.	=	XVI.
22.	=	XII.
23.—26.	=	XVII.
27.	=	XIII.
28. 29.	=	II.
31. 43. 47.	=	III.
33.	=	XVIII.
35.	=	XIX.
36.	=	XX.
37.	=	XXI.
39.	=	XXII.
42.	=	XXIII.
44.	=	VII.
46.	=	XXIV.
47.	=	XXV.
48. 49.	=	XXVI.
50.	=	XXVII.
51.	=	XXVIII.
54.	=	XXX.

[1]) Ed Migne: tom. 115. (ser. lat.) pag. 675.

Inquis. Reginonis.		Homilia Leonis.
55.	=	XXXI.
58.	=	XXXII.
59.	=	XXXIII.
60.	=	XXXIV.
61.	=	XXXV.
62.	=	XLI.
63.	=	XXXVI.
64. 65. 67.	=	XXXVII.
71.	=	XXXVIII.
72.	=	XXXIX.
73.	=	XL.
82.—85. 87.—94. 96.	=	XLVII.

Quae admonitio seu homilia plus minusve interpolata in multis codicibus manuscriptis Hispaniae, Galliae, Italiae et Germaniae inventa est et typis primum comparuit in fronte decreti Burchardi episcopi Wormatiensis (Colon. 1548.), inde in calce apologiae Baronianae Jac. Gretseri (Ingolst. 1610.) subministrante M. Velsero et in Sev. Binii secunda Conciliorum editione (Colon. 1671. tom. VIII. col. 33.) inscribitur ex Codice Vaticano hoc titulo: „Homilia Leonis Papae IV.“ Denique a Stephano Baluzio ad calcem Reginonis inter „Acta vetera“ edita est[1]). Causam vero interpolationis illius homiliae hanc afferri posse arbitror, quod post Leonem[2]) mos obtinuerit, ut haec ipsa homilia vel admonitio synodalis in synodis legeretur ad cleri eruditionem, ex quo factum est, ut pro varia ecclesiarum consuetudine et disciplina augeretur mutareturve, et moribus

---

[1]) Confer notas Baluzii in editione Reginonis pag. 533.—534. (ed. Miggne.) et appendicem actorum veterum ibidem pag. 602.—615., ubi triplex schema ejusdem homiliae exstat. Mansi quoque collectionem inter tres codices instituit et textum Martenii (Coll. VIII., 1.) et Labbei (XI., 1075. ed. Ven.) et codicem Lucensem in tribus columnis impressit. Confer etiam: „Neues Archiv für ältere deutsche Geschichte, Bd. VI., 192“, ubi Wattenbach in lucem edit recensionem ejusdem homiliae, quam in ms. codice Decreti Gratiani (Lat. fol. 1. saec. XIII. fol. 254.) bibliothecae Berolinensis invenit.

[2]) Velserus, Hartzhemius (l. c. III., 1.), Steiner (l. c. pag. 23.) attribuerunt istam admonitionem Oudalrico II., episcopo Augustano. Confer etiam Lingg: Geschichte des Instituts der Pfarrvisitation in Deutschland. Kempten 1888. pag. 7. not. 6.

provinciae vel dioecesis, cui tradebatur, accommodaretur. Quod constat ex titulo, quem ea in ms. codice Lucensi prae se fert: „Ex epistola Leonis papae in synodo legenda". Utrum norma inquirendi vel formula inquisitionis ab aliqua synodo in nostram formam redacta sit necne, non constat. Profecto, ut opinor, consuetudine in nostram redacta est formam inquisitio libri primi.

B.

De inquisitionibus libri II.

Regino qui inquisitionibus libri I. ostendit, quomodo ab episcopo presbyteri in visitatione sint discutiendi, in capitibus 1.—5. libri II. accuratissime de judiciorum synodalium ordine et forma disserit, de quibus paulo accuratius et fusius mihi erit agendum.

Iudicia synodalia ex annuis episcoporum visitationibus orta sunt, quae ad coercendos tum clericos tum laicos celebrabantur, si qua in parte in canones peccassent; tunc enim communi presbyterorum consensu ad emendationem redigebantur, publica poenitentia imposita. Quam consuetudinem ut etiam Gallicana ecclesia rite servaret, et Concilia Gallica praescripserunt[1]) et reges Francorum suis capitularibus haud raro edixerunt. Neque hac visitationes in Francorum regno habitae, saec. VII. et VIII. ab iis, quae in ceteris ecclesiae partibus celebrabantur, valde differebant.

Circumibat enim unusquisque episcopus quotannis semel aut pluries per parochias, convocabat clericos ad synodum, ut eorum consilio adhibito de parochiarum necessitatibus statueret, plebem docebat et confirmabat, et paganas aut superstitiosas consuetudines investigabat et abigebat, et presbyterorum fidem, curam, mores explorabat, et crimina a quolibet commissa inquirebat, ut justa poenitentia emendarentur.

In vita Oudalrici de ratione et forma ejusmodi visitationis hoc enucleate scriptum legimus: „Gratum et necessarium iter

[1]) Concil. Arelatense VI. a. 813. c. 17.: „Ut unusquisque episcopus semel in anno circumeat parrochiam suam. Noverint sibi curam populorum et pauperum in protegendis et defendendis impositam. Ideoque dum conspiciunt judices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant, et si contempserint emendari, eorum insolentia regis auribus intimentur, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coërceat".

populis, cum quarto anno secundum constitutionem canonum ministerium suum adimplendum, causa regendi et praedicandi atque confirmandi, dioecesem sibi commissam visitare decrevisset, eodem modo, sicut superius diximus, in solio carpenti superposito sedebat, psalmosque solito more decantabat . . . . . aestimans pro certo, quantum se colloquiis humanis subtraxisset, ut tantum se divinis propinquiorem facere potuisset. Ad loca autem illa cum pervenisset, ubi concilia sua denuntiata fuerant, cum evangelio et aqua benedicta et sonantibus campanis et tanta honorificentia susceptus est, quantum illis, qui ibi congregati sunt virtus suppetebat" [1]).

„Sed ad augendam visitantis episcopi auctoritatem, ait Richardus Dove [2]), Carolus M. omnibus comitibus mandavit, ut illum in publicis moribus expurgandis et facinoribus castigandis adjuvarent. Edixit enim rex capit. a. 769. c. 6: „Decrevimus, ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem adhibeat, adjuvante grafione, qui defensor ecclesiae est, ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat, sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive phylacteria et auguria, sive incantationes, sive hostias immolatitias, quas stulti homines juxta ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini; qui potius quam ad misericordiam sanctos suos ad iracundiam provocant" [3]). Et paulo post Capitulare Mantuanum promulgatum est (a. 781.), ubi c. 8. legitur: „Ut quando episcopus per sua parochia circata fecerit, comite vel sculdaz adjutorium preveat (i. e. praebeat), qualiter ministerium suum pleniter perficere valeat secundum canonicam institutionem" [4])".

Errat autem idem R. Dove, cum opinatur, hoc modo regibus occasionem datam esse comites episcopis in exercenda jurisdictione criminali non solum quasi adjutores sed etiam ut custodes

---

[1]) Pertz: Mon. Germ. SS. IV., 394.

[2]) Dove: De jurisdictionis ecclesiasticae apud Germanos Gallosque progressu. Diss. inaug. Berolini 1855. pag. 53. et Ejusdem: Zeitschrift für K. R. IV., 22.

[3]) Mon. Germ. LL. I., 33.

[4]) Ibidem I., 41.

apponendi; etenim cum Alberto Hauck[1]) contendo, in Germania non consuevisse comites comitari episcopos. Nam supra citatum Capitulare (a. 769. c. 6.) nec de judiciis synodalibus nec de visitatione episcoporum agit, sed de custodia vel sollicitudine ab episcopis in parochiam seu dioecesim in genere adhibenda, et demum in capitibus 7. et 8. de visitationibus hoc mandatur: „Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parrochiam suam sollicite circumeat, et populum confirmare et plebes docere at investigare et prohibere paganas observationes, divinosque vel sortilegos aut auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes spurcitias gentilium, studeat.“ (c. 8.) . . . . . Et quandocunque jure canonico episcopus circumeat parrochiam ad populos confirmandos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adjutorio populi, qui ibi confirmari debet“[2]). Et cum in capite 6. Capitularis Mantuani statuitur, ut comes adjutorium praebeat episcopo dioecesim visitanti, illud adjutorium non spectat ad assistentiam et praesentiam comitis in judiciis synodalibus, sed ad quandam sublevationem in exercendis officiis episcopo commodandam. Episcopum solum cum clericis suis judicium instituisse, ex eo quoque apparet, quod Gerhardus in vita Oudalrici de synodalibus judiciis refert: „Statim vero, inquit, missa celebrata, in concilio considens, populum ante se vocari fecit, prudentioresque et veraciores sacramento interrogare praecepit, quae in illa parochia emendatione digna fuissent et contra jura christianitatis perpetrata peccata ut ei veraci relatu nota fierent facta. Ut autem ab eis aliqua normam rectitudinis supergredientia cognita audivit, sine perceptione personarum, secundum judicium clericorum, ad tramitem rectitudinis, quantum omnipotenti Deo adjuvante potuit, retrahere festinavit, et male pulpulata sircula vitiorum falcastro verbi Dei studiosissime resecare, ne virgulta malorum germinum segetem Christi sibi commissam suffocare licentiam habuissent; et morbis vitiorum aptissima fomenta emendationum opposuit“[3]). Praeterea in capite VII. Concilii Arelatensis VI. (a. 813. h.) epis-

---

1) Hauck: Kirchengeschichte Deutschlands. Leipzig 1890. II., 675. Anm. 3.

2) Mon. Germ. LL.

3) Mon. Germ. SS. IV., 394.

copis custodia quaedam potentium conceditur iisque praecipitur, ut „dum (sc. in visitationibus) conspiciunt judices ac potentes pauperum oppressores exsistere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant; et si contempserint emendari, eorum insolentia regis auribus intimentur“ [1]). Et canon IX. Concilii Triburiensis (a. 895. h.) praecipit: ut placitum episcopi anteponatur placito comitis eadem die condicto [2]).

Saeculo IX. haec disciplina, quam annuatim occasione visitationum episcopi et monendo infirmos et lapsos castigando et puniendo maleficos exercebant, in certam judicii formam redacta fuit, cui ipsi „Synodi“ nomen inditum est. Quibus in instituendis ecclesia exemplum a simili quadam rei publicae institutione cepisse videtur. Nam ex Pippini et Ludovici Pii constitutionibus [3]) saec. VIII. in omnibus comitatibus viri boni a missis regiis eligi solebant, qui, juramento ad veritatem dicendam adstricti in inquisitionibus de occultis delictis habendis comitem adjuvarent. Simili modo saeculo IX. in singulis parochiis homines veraces vitaeque integritate insignes, ut omnia, quae contra fidem, religionem, mores Christianos fierent, observarent et inquirerent, ab episcopo deligebantur et juramento adstringebantur, qui testes synodales appellati sunt. Quorum de electione et juramento Regino in cap. 2.—4. libri II. haec memoriae prodidit:

„Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem septem ex plebe ipsius parochiae vel eo amplius aut minus, prout

---

[1]) Acta Conciliorum. Parisiis. Ex typographia regia. tom. IV., 1005.

[2]) „Cum autem episcopus ecclesiam a Domino Deo sibi commissam regens, episcopatum circumeundo perrexerit, et placitum canonice constitutum decreverit, populumque sibi creditum illo invitaverit: atque comes eadem die sciens placitum ab episcopo condictum, vel nesciens, placitum cum populo suum condixerit, et per bannum illuc venire praeceperit: placitum comitis omnes postponant, et comes ipse“. Acta Conc. tom. VI., 1. pag. 441. Confer etiam Van Espen: Jus ecclesiaticum universum. Coloniae 1878. tom. I. tit. 17. c. 4. n. 12. pag. 104. et Waitz: Deutsche Verfassungsgeschichte. Kiel. 2. Aufl. 1885. IV., 370. Item Lingg: Geschichte des Instituts der Pfarrvisitation pag. 10.

[3]) Pipp. in Capit Longob. a. 872. c. 8. (Mon. LL. I., 43.) — Const. Wormat. a. 829. c. 3. (Mon. LL. I., 351): „Ut in omni comitatu hi, qui meliores et veratiores inveniri possunt, eligantur a missis nostris ad inquisitiones faciendas et rei veritatem dicendam, et ut adjutores comitum sint ad justitias faciendas“.

viderit expedire, maturiores, honestiores atque veraciores viros in medio debet evocare, et, allatis sanctorum pignoribus, unumquemque illorum tali sacramento constringat:

Jusjurandum synodale: A modo in antea, quidquid nosti aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem et rectam Christianitatem in ista parochia factum est, aut futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, si scis aut tibi indicatum fuerit, synodalem causam esse, et ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem nec propter timorem, nec propter praemium, nec propter parentelam ullatenus celare debeas archiepiscopo de Treveris aut ejus misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet et istae sanctorum reliquiae.

Reliqui ita jurent: Istud sacramentum, quod iste juravit de synodali causa, quod tu illud observabis, in quantum sapis aut audisti aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adjuvet" [1]).

Deinde post datum sacramentum episcopus, testes synodales cohortatus per ordinem interrogat de singulis delictis, quemadmodum accurate in 89 interrogatoriis capitulis continentur; quae capitula a Reginone in has 7 partes dividuntur:

1. de homicidis (1.—14.).
2. de adulteriis et fornicationibus (15.—37.).
3. de furto et sacrilegio (38.).
4. de perjurio (39.).
5. de falso testimonio (40. 41.).
6. de incantatoribus et sortilegis (42.—45.).
7. de sanguine et morticinis (46.—89.).

Wasserschleben primum quidem asseruerat, Reginonis capita 1.—5. ex Concilio Rotomagensi desumpta esse [2]), sed in sua editione Reginonis recte monuit [3]), capita 2.—5. ex ipso usu forensi desumpta esse.

Regino synodalibus judiciis describendis canonem 16. Concilii

---

[1]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 207.

[2]) Wasserschleben: Beiträge zur Geschichte der vorgratian. Kirchenrechtsquellen. Leipzig. 1839. pag. 16.

[3]) Ejusdem ed. Reg. pag. 207. nota b.

Rotomagensis praemisit. Pommeray[1]), Hefele[2]), Dove[3]), Hauck[4]), demonstrarunt, illud concilium Rotomagense sive „Synodum generalem Rodomi regnante Hludoveo glorioso rege“, — ut vetus codex ms. Beccensis prodit[5]) —, non, ut putant Bessin[6]), Mansi[7]), Wasserschleben[8]), medio saeculi VII., sed altero dimidio saeculi IX. celebratum esse, ita ut iste Hludoveus rex potius Ludovicus Pius quam Ludovicus Balbus esse possit. Caput XV. ejusdem concilii, quod praecipit, „ut decani in civitatibus et in vicis publicis viri veraces et Deum timentes constituantur, qui desides et negligentes commoneant, ut ad Dei servitium absque dilatatione properent, et ut ipsa decani sacramento adstringantur, ut nulla interveniente causa, scilicet aut amoris aut timoris aut propinquitatis aut muneris, negligentes et transgressores reticeant, quin sacerdotibus propriis eorum culpas manifestent“ [9]), ne minimam quidem mentionem facit inquisitionis vel officii denuntiandi in sensu strictiori judiciorum synodalium et caput XVI. ejusdem concilii[10]), quod de visitatione vel de synodo agit, item posteriorum testium synodalium non meminit. Quam rem Regino ipse ita accipit et interpretatur. Nam in num. 69. inquisitionis[11]) episcopus interrogat testes synodales, „si in unaquaque parochia decani sunt per villas constituti, viri veraces et Deum timentes, qui ceteros admoneant, ut ad ecclesiam pergant ad matutinas, missam et vesperas, et nihil operis in diebus festis faciant, et, si horum quisquam transgressus fuerit, statim presbytero adnuncient. Similiter de luxuria et omni opere

[1]) Pommeray: Conc. Rotomag. 1677.

[2]) Hefele: Konziliengeschichte. Freiburg. 1877. 2. Aus. Bd. III., 96./97.

[3]) Dove in: Zeitschrift für deutsches Recht und deutsche Rechtswissenschaft. Tübingen. 1859. Bd. XIX., 344.

[4]) Hauck: Kirchengeschichte Deutschlands. II., 660. Anm. 1. Confer etiam Sägmüller: Die Entwicklung des Archipresbyterats und Dekanats bis zum Ende des Karolingerreiches. Tübingen 1898. pag. 10. in: „Tübinger Universitäts-Schriften aus dem Jahre 1897./98.“ et Hinschius: System des kath. Kirchenrechts. Berlin 1893. Bd. 5., 1. pag. 426. Anm. 5. Item Lingg: l. c. pag. 18.

[5]) Acta Conc. Parisiis 1714. tom. VI., 1. pag. 205.

[6]) Bessin: Concilia provinciae Rotomagensis. 1717.

[7]) Mansi: Nova et ampl. collect. conciliorum. tom. X. c. 1199.

[8]) Ed. Reg. pag. 206. nota a.

[9]) Ibidem. [10]) Ibidem. [11]) Ed. Reg. pag. 215.

pravo" [1]). Ad idem capitulum interrogatorium roborandum auctoritate canonici decreti, Regino caput XV. Concilii Rotomagensis sub cap. 395. sui libri II. affert. Qua ex re facile intelligitur, Concilium Rotomagense celebratum esse, priusquam inquisitio synodalium testium passim institueretur. Idcirco fieri non potuit, ut illa capita 2.—5. ex Concilio Rotomagensi desumerentur.

Medio saeculi IX., non, ut putat Lingg [2]), primo dimidio ejusdem saeculi, ex rei publicae judiciis inquisitio (Rügeverfahren) in judicia synodalia recepta esse videtur, cum fontes prioris partis ejusdem saeculi nusquam illorum mentionem faciant [3]). Neque enim raro episcopi etiam in rebus civilibus missi dominici fuerunt, qui soli potestatem inquirendi „latentia quaeque sacramentis populi" [4]) habebant [5]). Nam potestas inquirendi sacramentis ne minime quidem posita erat in competentia judicis ordinarii, sed pendebat e licentia propria regis [6]).

Materiam vero inquisitionis pridem collectam fuisse, patet ex jam citatis [7]) „Capitulis sub Carolo Magno" in-

---

1) Ibidem. 2) Lingg: Geschichte etc. pag. 19.

3) Hinschius: System etc. Bd. V., 1. pag. 428. Anm. 5. Brunner: Zeugen und Inquisitionsbeweis der karolingischen Zeit. Wien 1866. pag. 9. Ejusdem: Deutsche Rechtsgeschichte. Leipzig 1892. Bd. II., § 117. pag. 493.

4) Dipl. regum Germ. I., 12. n. 11.

5) Conv. Silvac. a. 853. c. 4. (Mon. LL. I., 424): „et per sacramentum hoc missi illorum firmare faciant, sicut tempore antecessorum illorum consuetudo fuit".

6) Cap. Pipp. (800—810?) c. 3. (Mon. LL. I., 208): „et placuit nobis, ut quiscunque de fidelibus nostris hoc actum a nobis jussum habuerit ad inquirendum per regum nostrum". Confer etiam Glasson: Histoire du droit et des institutions de la France. tome III. (Epoque Franque [fin]) Paris. 1891. pag. 494: „Le droit d'ordonner une inquisitio n'appartenait qu'au roi (et au comte du palais) dans sa cour. Le roi pouvait la faire lui-même, mais en général et le plus souvent il nommait un délégué. Dano ce cas la partie intéressée obtenait du roi un bref. Ce mandat était ordinairement donné à des missi, mais cependant de magistrats ordinaires pouvaient également en être chargés. Tantôt le délégué du roi obtenait mandat d'instruire et de juger à la fois; tantôt il était chargé seulement d'instruire et dans ce dernier cas, il dressait alors procès — verbal. Les missi dominici, en leur qualité même de représentants directs et absolus du roi, pouvaient aussi, sous les Carolingiens, recourir à la procédure per inquisitionem, non seulement en matière de délit, mais toutes les fois que cette mesure leur paraissait nécessaire pour arriver à la preuve".

7) Vide § 9. A.

certi anni, quae cum capitulis interrogatoriis libri II. Reginonis conferamus:

Capitula Caroli Magni:	Regino:
I. Primitus ergo quae Christianae legis adversa sunt, ea praeponimus, scilicet qui orationem dominicam et Symbolum fidei Christianitatis, memoriter non tenent, neque didicere volunt, eos notate, et (ut?) ad praesentiam nostram veniant, seu majores, seu minores, sive nobiles sive ignobiles omnes generaliter ante veniant, et dicant orationem Dominicam, et Symbolum Apostolorum; ubi Catholicae fidei plenitudo continetur: quia impossibile est sine fide placere Deo.	
II. Ut sic fidem uniuscujusque opera sequantur.	
III. Ut si patrini, vel matrinae, qui infantes de fonte suscipiunt, sive masculas, sive foeminas, si ipsum symbolum et orationem Dominicam sciunt, et filios et filias spirituales, quos et quas de fonte susceperunt, pleniter instructos habeant de fide, de qua pro eis fide jussores extiterunt.	74. Si patrini filiolis suis symbolum et orationem dominicam insinuant, aut insinuari faciunt?
IV. Si omnes secundum legem Domini, sive nobiles sive ignobiles, uxores legitime sortitas habent, non uxores ab aliis dimissas, non Deo sacratas, nonanes, non raptis, et contra parentum voluntatem habentibus, non parentum, neque propinquitatis alicujus adfinitate conjunctis, id est, primum non matris incestor, non sororis, non materterae, id est, matris sororis, non amitae, id est, sororis patris, non privignae, id est, filiastram, non fratris uxorem, non avunculi uxorem, non nepotis uxorem, non quis Patris uxorem concubito inlicito violet, non consobrinam id est, in tertiam generationem, vel de una in tertia, de alia in quarta, vel ambabus in quartam generationem.	17. Si quis uxorem legitimam dimiserit, et aliam in conjugium acceperit? 18. Si qua mulier virum proprium dimiserit, et alteri se conjuxerit? 28. Si quis quamcumque feminam, virginem aut viduam per raptum traxerit, et sociaverit sibi in matrimonio, et, si aliqui sunt, qui in hoc consentientes et adjuvantes fuerint? 30. Si quis sanctimonialem vel viduam Deo sacratam rapuerit, et in conjugium sumserit, vel ipsis consentientibus cum eis fornicatus fuerit? 34. Si quis propinquam et consanguineam suam in matrimonium accepit, aut cum ea fornicatus est?

Capitula Caroli Magni:

Una lex, sive de viro, sive de foemina, in istis generationibus conjunctis, sive aliquam foeminam, quam suus consobrinus, aut sobrinus in secundam, aut tertiam aut quartam generationem accepit, id est, aut in tertium articulum, vel in quartum sibi de una parte in tertiam, et de alia in quarta pertinentes fuerunt, post obitum defuncti propinqui ejus, uxorem illius accipere non potest.

V. Ut inquiratur ab omnibus in parochia nostra constitutis, si dies Dominicus secundum suam venerationem veneratur, et colitur, ut nullus homo opera servile in die isto sancto faciat. Quod si fecit, ante nos veniat, et in praesentia nostra rationem deducat, si sua praesumptuositate, aut cupiditate alicujus rei adquirendum hoc opus servile fecit, aut sui Domini jussionem.

VI. Si festivitates Sanctorum, qui praedicantur ab Episcopo, et Presbyteris, quas colere debent, et feriatos habere, si custodiantur, an non; et qui eas festivitates in contempto habet, et ad Missam venire despicit, et operatur in illis diebus.

VII. Si legitima jejunia per quatuor tempora celebrantur ab omnibus, et jejunent.

VIII. Si dictum jejunium, propter aliquam necessitatem denuntiatum quis infringere ausus fuit, et non secundum quod ei denuntiatum fuit a presbytero Ecclesiae, vel a Comite et Decanis, ut hoc sciamus, et ante nos veniat.

IX. Ut quisquis decimas pleniter non dedit de sua conlaboratione, ut exinde ante nos rationes deducat,

Regino:

57. Est aliquis, qui in die dominica vel in praecipuis festivitatibus quidquam operis faciat, et si ad matutinas et ad missam et vesperas his diebus impraetermisse omnes occurrant?

63. Si aliquis est tam perversus et a Deo alienus, ut saltem dominica die ad ecclesiam non veniat?

73. Inquirendum, quas festivitates colant?

64. Si porcarii et alii pastores dominica die ad ecclesiam veniant, et missas audiant? Similiter in aliis festivitatibus?

49. Si aliquis jejunium quadragesimale non observat vel quatuor temporum, sive litaniam majorem vel rogationum, sive indictum ab episcopo jejunium pro quacunque plaga?

62. Si aliquis est, qui suam decimam Deo et Sanctis ejus retrahat?

67. Si aliquis est, qui, contemto

Capitula Caroli Magni:

sive nobiles sive servientes: et unusquisque sive Episcopus, sive Abba, sive Comes, sive vassus Dominicus, sive qui proprietate sua habent, in locis, ubi per epistolam nostram denuntiamus, si ita possibile fuerit.

X. Ut inquirantur sortilegi, et auruspices, et qui menses et tempora observent, et qui omnia observant, et ita filacteria circa collum portant, nescimus quibus verbis scriptis et veneficiis, id est, quae mulieres potiones aliquas donent, ut partes (partus?) excutiant, et aliquas divinationes faciunt, et pro hoc, ut a maritis suis majorem amorem habeant. Omnes maleficos ante nos, de qualibuscunque causis blasphemantur, ante nos adducere faciatis, ut causa eorum ante nos discutiatur.

XI. De homicidiis et perjuriis, id est, qui homicidia egerunt, et de perjuriis reprobati sunt, et poenitentiam non egerunt, neque agunt: ut ipsi ante nos veniant, et si confessi fuerunt, quod poenitentiam exinde accepissent a presbyteris, dicant, qualem poenitentiam agant, et qui presbyteri fuerunt, qui eos dijudicassent de furtis, aut de perjuriis aut de homicidiis, quas in quibuscunque peccaverunt.

XII. Si alicubi in nostra parochia locus talis est, aut ad fontes, aut arbores, aut ad petras: si aliqui stulti ibi vota faciant, aut observent pro aliquam sanitatem, aut devotionem aliquam; ut illos nobis notos faciatis, et ante nos adducite, et si alia loca, infra nostram parochiam innotescere faciatis, et iterum cultores et vota oblationum.

Capita XIII. et XIV. jam paulo ante in inquisitione de clericis facienda verbotenus attuli.

Regino:

suo presbytero, in aliam parochiam vadit ad ecclesiam, et ibi communicat et suam decimam dat?

42. Interrogandum, si aliquis sit magus, ariolus aut incantator divinus, aut sortilegus sit?

51. Si quis in Kal. Januarii aliquid facit, quod a paganis inventum est, et dies observat et lunam, et menses, et horum affectiva potentia aliquid sperat in melius aut in deterius verti?

5. Est aliquis vel aliqua, qui alterius partum excusserit, vel si ipsa femina propria voluntate suum partum excusserit, et abortivum fecerit?

1. Est in hac parochia homicida, qui hominem . . . . occiderit?

39. Interrogandum, si aliquis periurus sit, aut, si sciens et pro cupiditate terrena pejeraverit? . . .

43. Si aliquis vota ad arbores vel ad fontes vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, velut ibi quosdam numen sit, quod bonum aut malum possit inferre?

Capitula Caroli Magni:

XV. Admonendum est, ut inquiratur, quod dici nefas est, eos, qui incontinentes, et per maximam libidinem circumferentes, etiam cum quadrupedibus miscentur: si aliquis talem hominem habuerit, aut Pastorem, aut qualiscunque sit, qui in hoc crimine inventus probatus fuerit, ante nos adducatur.

XVI. De his, qui commatres habent ad conjugium, de fonte vel sacro Chrismate ab Episcopo consignatum, id est, de confirmatione; si publice eas habent, aut si adulteratur; similiter de filiolis, quisquis eas de fonte suscepit, et cum ea adulteravit, vel ad manum Episcopi eam tenuerit, et postea in conjugium eam accepit, adulteravit.

XVII. Si quis vir filiastrum aut filiastram ad manum Episcopi tenuit, id est, ad confirmationem, ubi septiformis gratia Sancti Spiritus datur, si quis in tali conjugium, aut adulterium miscuerit, ante nos venire faciatis . . . . .[1]).

Regino:

35. Si quis irrationabiliter, id est, contra naturam cum masculis et mutis misceatur animalibus?

33. Si quis cum commatre spirituali moechatus fuerit, vel eam in matrimonium acceperit, similiter cum filiola, quam ex sacro fonte suscepit, aut ante episcopum tenuit?

Initio sane de paucis delictis et criminibus inquisiti esse videntur testes synodales. In Ordine „Synodi per villas“ haec tantummodo capitula interrogatoria inveniuntur: „Si sit quis homo vel foemina homicida, sacrilegus, perjurus, raptor, si parentibus conjunctus, si leno, si adulter, aut per herbas vel per aliquod maleficium aliorum hominum interemptor, si aliqua foemina infantem oppressisset, si sint inter se discordantes, et ad pacem non velint redire, si diem Dominicam et festivitates Sanctorum vel indictum jejunium non observent, patrem aut matrem non honorantes“ [2]).

Apud Reginonem vero jam 89 ejusmodi capitula interrogatoria invenimus, quae saepius ad canones Poenitentiales spectare

---

[1]) Hartzheim: Concilia Germaniae. Coloniae 1759. tom. I., 424.—426.

[2]) Steiner: Synodi dioec. Aug. pag. 3.

videntur[1]). Binterim istas inquisitiones libri II. ad Poenitentiale quoddam revocatas vult[2]), quod anno 1822 sub nomine s. Bonifatii publici faciebat juris[3]) affirmans, nonnullas verbotenus cum quaestionibus Ordinis s. Bonifatii ad dandam poenitentiam consentire, qui jam ante illum a Morino[4]) ex Codice Cassinensi in lucem editus est. Utrum s. Bonifatius auctor illius fuerit necne, in praesens nihil refert. Contuli vero nostras inquisitiones cum quaestionibus ejusdem Ordinis, quem Schmitz ex Codicibus Cassinensi (451. fol. 386.) et Barberino (XIV., 93. fol. 41.) in lucem edidit[5]), nec inter illas similitudinem insigniorem intercedere reperi. Immo persuasum mihi est, illa capitula interrogatoria inquisitionis ex usu multorum annorum forensi sensim esse profecta, quoniam sacramentum synodale (Reg. II. 13.)[6]), in quo archiepiscopus Trevirensis memoratur velut synodum agens, certe comprobat, illa in dioecesi Trevirensi viguisse.

§ 10.
De fontibus Reginonis in genere.

§ 11.
De collectione canonum antiqua, quae vocatur Vaticana, ex qua praecipue Regino noster compilabat libros suos de synodalibus causis.

Jam Baluzius Graecos, Africanos, Gallicos et Hispanos canones et decretales, in quantum in Dionysio-Hadriana et Hispana

---

[1]) Lingg: l. c. pag. 20.

[2]) Binterim: Pragmatische Geschichte der deutschen National . . . . Koncilien. Mainz 1835. tom. I., 256.

[3]) Binterim: Car. Blasci dissertatio, in qua ostenditur, Diaconis nunquam fuisse permissum neque in casu summae necessitatis administrare Sacramentum poenitentiae, quam ex idiomate italico in Latinum versam edidit, notis illustravit aliisque in editis monumentis, praesertim Poenitentiali s. Bonifacii auxit A. J. B. Moguntiae 1822. et Ejusdem: Denkwürdigkeiten. Mainz 1829. tom. V. 3. pag. 430 sqq.

[4]) Morinus: Commentarius historicus de disciplina in administratione Sacramenti Poenitentiae etc. Antverpiae 1682. Append. pag. 22. et 40.

[5]) Schmitz: Die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche. Mainz 1883. Bd. I., 746.

[6]) Reg. II., 1. inscribitur: „Ex Concilio Rotomagensi“.

continentur [1]) collectionibus, receptos esse a Reginone ex serioribus, in specie Halitgarii et Rhabani, compilationibus intellexerat [2]). Sed etiam alia collectione Regino usus esse videbatur. Ex inscriptione enim capitis 118. libri I.: „Ex epistola Innocentii Papae, cap. CCCLXXVII.“ suspicari licet [3]), illam epistolam Innocentii ab alia collectione sub capitis numero 377 exhibitam esse, et tunc cum inscriptione hujus capitis etiam numerum capituli per errorem esse receptum a Prumiensi. Sed fratribus Balleriniis demum contigit, illam adhuc incognitam collectionem invenire in bibliotheca Vaticana eamque publici juris facere [4]). Cujus cognationem cum nostra collectione comprobare facile est, praesertim cum Aemilius Ludovicus Richter ex apographo Codicis ms. Vaticani 1347., hujus antiquae canonum compilationis librum quartum, quo solo Regino utebatur, ederet egregias adnotationes addens [5]).

Spelmannus, qui in bibliotheca Oxoniensi hanc detexerat collectionem, eam publicaverat sub titulo: „Ex ejusdem Egberti poenitentialis libro“ [6]). Sed jam Petrus et Hieronymus fratres Ballerinii hunc librum Egberto archiepiscopo abjudicandum esse arbitrabantur [7]). Nam naturam et rationem istius collectionis talem esse monuerunt, ut a privato potius homine quam ab Egberto archiepiscopo composita esse videatur. Id sane confirmant ipsae praefationes librorum I. [8]) et III. [9]).

[1]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. X.

[2]) Baluzii praef. n. IX. et XI.

[3]) Wasserschleben ed. Reg. pag. 75.

[4]) Gallandi: De antiqu. can. coll. tom. I., 667.

[5]) Richter: Antiqua canonum collectio, qua in libris de synodalibus causis compilandis usus est Regino Prumiensis Ex apographo cod. ms. Vat. 1347 brevi adnotatione critica instructam edidit. Marburg 1844. Confer etiam Maassen: Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande bis zum Anfange des Mittelalters. I. Bd. Graz 1870 pag. 852. sqq.

[6]) Spelmann: Concilia orbis Britannici. tom. I., 275.

[7]) Ballerini: De ant. can. coll. Galland. tom. I., 607 sqq.

[8]) „Haec pauca beatitudo vestra gratifica quaeso excipiat deflorata, quae non ex uno unius doctoris prato divinae auctoritatis studui decerpere, sed permultorum patrum florigera rura . . . . . ut inscio sanctitatis vestrae, cucurri.“

[9]) „Tuis igitur meritis precibusque animatus, studiosissime pater, et si non ut debeo, tamen prout potero, Deo favente praeceptis tuis satisfacere humiliter studebo.“

Illa verba: „beatitudo vestra, studiosissime pater", ostendere videntur, personam, cujus jussu collectio componebatur, fuisse episcopum. Nescio, an auctor ipse in Britannia viguerit, cum nonnulla scriptorum Columbani fragmenta in collectione contineantur et quaedam similitudo cum „Excerptionibus" falso adscriptis Egberto negari non possit.

Liber I. habet 19 capita, liber II. numerat 55 capitula, liber III. exhibet 84 capita et liber IV. continet capitula 381. Quarto libro solo, ut jam supra commemoravi, Regino usus est. Compilator ejus incerti nominis totam materiam ad quendam nequaquam semper accurate servatum ordinem redigere conatus est.

In capitibus 1.—32. de poenitentia,
In cap. 33.— 85. de peccatis carnalibus clericorum et laicorum, sed confuse agitur;
„ „ 86.—107. de homicidio,
„ „ 108.—117. de perjurio,
„ „ 118.—129. de furto,
„ „ 130.—134. de falso testimonio,
„ „ 135.—145. de auguriis et incantatoribus,
„ „ 146.—162. de discordantibus, lascivis, superbis, murmurantibus etc.,
„ „ 163.—171. de ebrietate,
„ „ 172.—381. de diversis officiis et poenis clericorum disseritur.

Si quis interrogat, ex quibus fontibus collectio quadripartita et praecipue ipsius pars quarta hauserit, respondendum nobis est, quartum librum etiam Dacherianae, quae vocatur, collectioni tamquam ejus quartam partem comparere annexum nec non cognationem quandam interesse videri inter Dacherianam et Vaticanam collectionem, quoniam 135 capita in utraque compilatione consentiant.

Quaeritur vero, qua in ratione propinquitas ista sit posita. Wasserschleben infitiatur Dacherianam hausisse ex nostra [1]). Nam Dacheriana habet, quoad fontes, duas partes, quarum altera ex Hispana collectione canones suos petit [2]). Cum collectio

---

[1]) Wasserschleben: Beiträge zur Geschichte der vorgrat. Kirchenrechtsquellen. Leipzig 1839. pag. 9 sqq.
[2]) Maassen: l. c. tom. I., 848.—852.

Vaticana praeter ea capitula, quae sunt ejusdem originis (sc. Dionys. Hadr. et Hisp.), alia quoque exhibeat, quae ex alio effluebant fonte, omnino non erat intelligendum, — si Dacheriana ex Vaticana compilatione hausisset — cur non singula hujusmodi capitula in illam transiissent. Huc accedit, quod in Dacheriana inscriptiones multo accuratiores sunt quam in Vaticana. Sed Wasserschleben etiam concedere non vult, Dacherianam collectionem fontem fuisse Vaticanae, praesertim cum in Vaticana, praeter reliqua ex diversis fontibus orta fragmenta, non pauca etiam ex Hadriana et Hispana repetita capitula inveniantur, quae in Dacheriana deficiunt. Quam ob rem auctores utriusque collectionis usos esse tertia compilatione, quae eadem non chronologice sed systematice erat composita, arbitrabatur.

Cui vero opinioni non assentior. Quin immo cum Friderico Maassen[1]) persuasum mihi est, Dacherianam fontem quendam fuisse libri IV. collectionis quadripartitae, praeter quem aliis quoque fontibus usus est auctor, ex quibus Hadriana et Hispana fragmenta, in quantum reduci non possunt in Dacherianam, deprompsit. Quare profecto ne minime quidem asserere velim, Reginonem, ubicunque utraque collectio concurrerit, semper lectionem Dacherianam elegisse.

Regino illa collectione Vaticana (sc. libro IV. collectionis quadripartitae.) in his locis et hoc modo usus est[2]):

Reg.	I.	54.—57.	=	Vat.	308.—312.
=	=	98. 99.	=	=	44. 45.
=	=	101.—104.	=	=	267.—270.
=	=	113.—116. 118.	=	=	8. 12. 15. 380. 377.
	=	119. 123. 132.	=	=	378. 380. 104.
=	=	133. 136.—140.	=	=	293. 164. 165. 166. 167. 168.
=	=	152. 153. 154.	=	=	194. 193. 192.
=	=	155. 156. 157.		=	189. 190. 191.
=	=	158. 159. 160.	=	=	154. 155. 156.
=	=	161. 162. 163.	=	=	159. 160. 161.
=	=	164. 165. 166.	=	=	162. 163. 152.

[1]) Ibidem pag. 858.

[2]) Jam Wassersleben in tabula synoptica operi suo adjecta (pag. 497—512) singula Reginonis capita comparavit cum capitulis Vaticanae et in notis differentias utriusque collectionis allegavit. Quam ob rem ipsas non iterum recensui.

Reg. I.	167. 168. 169.	=	Vat.	153. 158. 183.
„ „	170. 171. 172.	=	„	184. 241. 242.
„ „	173.	=	„	345.
„ „	178. 179. 180.	=	„	196. 321. 322.
„ „	181. 182.	=	„	323. 188.
„ „	183. non invenire potui in Vaticana, quamvis Wasserschleben eam citet.			
„ „	184. 198. 199.	=	Vat.	327. 271. 291. 290.
„ „	317. 318. 319.	=	„	28. 29. 31.
„ „	320. 321. 322.	=	„	30. 16. 17.
„ „	323. 324.	=	„	23. 26.
„ „	332. 333. 334.	=	„	247. 243. 244.
„ „	335.	=	„	249.
Reg. II.	10. 12. 15.	=	„	86. 98. 87.
„ „	36. 46. 47.	=	„	368. 88. 89.
„ „	58. 62. 72.	=	„	94. 93. 107.
„ „	82. 83.	=	„	95. 96.
„ „	84. non est inventum in Vaticana.			
„ „	98. 99. 100.	=	Vat.	52. 69. 61.
„ „	101. 102. 103.	=	„	62. 63. 60.
„ „	154. 153. 162.	=	„	72. 73. 219.
„ „	158. non est inventum in editione (libri IV.) Vaticanae, quam adornabat Aem. Richter.			
„ „	163. 164.	=	Vat.	218. 220.
„ „	165. non reperitur in Vaticana.			
„ „	168. 169. 187.	=	Vat.	48. 51. 68.
„ „	170. 175. 184.	=	„	46. 222. 223. 67.
„ „	185. 256. 257.	=	„	65. 79. 80.
„ „	259. 260. 261.	=	„	81. 82. 83.
„ „	266. 267. 268.	=	„	119. 120. 121.
„ „	269.	=	„	122. 123. 124.
„ „	270. 271. 272.	=	„	125. 126. 127.
„ „	273. 274. 275.	=	„	128. 129. 130.
„ „	327. 328. 329.	=	„	108. 110. 111.
„ „	330. 331. 332.	=	„	112. 113. 115.
„ „	333. 334. 339.	=	„	116. 117. 266.
„ „	344. 346. 349.	=	„	173. 329. 131.
„ „	354. 355. 356.	=	„	138. 139. 137.

Reg. II.	357. 358. 359.	=	Vat.	136. 141. 142.
„ „	372. 373. 374.	=	„	140. 144. 145.
„ „	375. 380. 381.	=	„	146. 147. 148.
„ „	382. 383. 387.	=	„	150. 151. 179.
„ „	388. 389. 390.	=	„	180. 181. 182.
„ „	396. 397. 398.	=	„	252. 253. 254.
„ „	399. 401. 437.	=	„	256. 257. 370.

Regino autem hoc modo usus est compilatione Vaticana:

a. Collectio Vaticana multo accuratiora summaria exhibet, quae Regino aut imminuit et contraxit, aut plane praetermisit eorumque loco tantum posuit inscriptionem breviorem hanc: „De eadem re".

b. Vaticana in inscriptionibus permultorum capitulorum praeter fontem etiam haec habet verba: „Unde supra; ut supra; cujus supra". Quae verba ne minime quidem referenda sunt ad fontem — nam hoc esset iteratio sermonis — sed ad id, quod continetur in capite antecedenti. Idcirco, ubi adduntur illa verba: „Unde supra etc." summaria desunt. Quem allegandi modum etiam Regino proprium sibi addixit, quapropter a posterioribus collectoribus, ut a Burchardo, qui ex Reginone hauriebant et illa verba ad fontem revocabant, falsae inscriptiones sunt receptae. Sed nescio, an hic excipiendum sit caput 334. libri II., ubi ponit: „unde supra", praeviis verbis: „De eadem re". In collectione enim Vaticana Regino invenit hanc capitis 117. inscriptionem: „Ex Concilio Carthaginensi", sibi ipsi autem persuasum erat, id caput esse „ex Poenitentiali".

c. Regino in pluribus canonibus, quos inveniebat in collectione Vaticana, omisit nunnulla verba, quae necessaria non esse putabat. e. g.: Reg. I., 181. 321. 434. II., 168. 185. 329. 333. 339. 372. 387. 401.

d. In capite 134. libri I. exhibet Regino tantummodo: „Unde supra", sed non addit: „S. Ferreoli episcopi" ut in Vaticana. In capite 179. libri I. dicit noster: „Ex concilio Laodicensi", cui adjungit proximum caput sub hac inscriptione: „Item de eadem re. Ex Concilio, quo supra". Vaticana autem ponit recte: „Ex Concilio Carthaginensi". In capite 178. libri I. omittit fontem: „Ex Concilio Agathensi", quem Vaticana exhibet. Caput 346. libri II. ex Concilio Hispalensi derivandum esse putat, quod secundum Vaticanam collectionem, et recte quidem, desumptum est ex Concilio Epaonensi.

§ 12.

De connexu inter nostram et Dacherianam collectionem.

§ 13.

Quibus ex fontibus canones poenitentiales evaserint.

A.

De Poenitentiali geminato universe disputatur.

Si collectionem Reginonis accuratius perlustramus, primum quidem inveniemus in libro I. capita 301.—304., quibus est haec inscriptio: „Ex Theodori archiepiscopi vel Bedae Presbyteri Poenitentiali", tum in libro II. capita 247.—255., quae hunc titulum exhibent: „Ex Poenitentiali Romano Theodori Episcopi et Bedae Presbyteri", et denique permulta capita, quae, ut testatur eorum inscriptio, „ex Poenitentiali", sive, „ex Poenitentiali Romano" compta sunt. Sed secundum ordinem examinemus omnia.

Utrique inscriptioni, in qua Poenitentiale quoddam Theodoro vel Bedae adscribitur, adhuc adjungendum est 96. capitulum interrogatorium inquisitionis libri I., ubi episcopus interrogat: „Si habeat Poenitentialem Romanum vel a Theodoro episcopo aut a venerabili Beda editum, ut secundum quod ibi scriptum est, aut interroget confitentem, aut confesso modum poenitentiae imponat". Quibus ex rebus imprimis intelligitur, jam saeculo nono libros illos Poenitentiales haudquaquam distinctos fuisse atque segregatos, sicut etiam Concilium Cabilonense II. a. 813. celebratum (can. 38.) decernit: „Modus autem poenitentiae peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem sicut superius dictum est, imponi debet: repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos poenitentiales vocant, quorum sunt certi errores, incerti auctores, de quibus recte dici potest: „Mortificabant animas, quae non moriuntur; et vivificabant animas, quae non vivebant." Qui dum pro peccatis gravibus leves quosdam et inusitatos imponunt poenitentiae modos, consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus et

faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas" [1]).

Deinde autem concludendum est ex verbis istis supra memoratis, Reginonem duos tantum Poenitentiales novisse, quorum alterum Romanum, alterum a Theodoro aut Beda editum nominat. Quaeritur nunc, quis sit auctor illius Poenitentialis libri Bedae aut Theodoro vindicati.

Poenitentialem quendam, qui incipit his verbis: „De remediis peccatorum", sub nomine Bedae in editione Basiliensi operum ejusdem Bedae primus publici juris fecit Johannes Herwag [2]). Qui liber etiam ab Antonio Augustino [3]) et Spelmanno [4]) est receptus et tunc in collectionem conciliorum Labbei transiit [5]). Fratres Ballerinii [6]) autem et Mansi [7]), Bedam fuisse auctorem Poenitentialis infitiati sunt, et librum potius Egberto archiepiscopo adjudicandum esse putarunt, praesertim cum praefatio altera expresse Egbertum appellet [8]), et altera, quam etiam Burchardus [9]) affert, Bedae nomen item ter commemoret. Wasserschleben ex codice ms. Darmstadiensi n. 118. (olim Coloniensi saec. X.) in lucem edidit illum Poenitentialem, quem Bedae adjudicabat [10]). Quae opinio ea re fulciri videbatur, quod Jacobson in bibliotheca Cathedralis ecclesiae Paderbornensis codicem olim Corbejensem inveniebat, qui eundem Poenitentialem sub nomine Bedae ipsius continebat [11]). Etiam Kunstmann publicavit accuratissime

[1]) Acta Conciliorum. tom. IV. pag. 1038. Parisiis ex Typographia regia. 1714.

[2]) Joh. Herwag: Opp. Bedae. Basileae 1563. tom. VIII. pag. 1127 bis 1134.

[3]) Canones poenitentiales cum quibusdam notis Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis. Venetiis 1584. Praef.

[4]) Spelmann: Conc. Brit. Londini 1639. tom. I., 281.

[5]) Labbei: Sacrosancta Concilia. Parisiis 1671. tom. VI., 1611 sqq.

[6]) Ballerini: De antiquis collect. can.

[7]) Mansi: Supplementum collectionis Conciliorum. Lucae 1758. tom. I., 563.

[8]) „Excerptum de canone catholicorum patrum vel poenitentiae domini Agberti archiepiscopi ad remedium annimarum."

[9]) Burchardi lib. XIX. cap. 8. ed. Migne: tom. 140. (ser. lat.).

[10]) Wasserschleben: Beiträge etc. pag. 125.

[11]) Confer: Allg. Lit. Zeitung 1839. No. 214 et 215.

ex duobus codicibus Monacensibus (olim Augustanis n. 151. et 153.) illud Poenitentiale, quod Bedae attribuebat[1]).

Sed Hildenbrand rectissime exposuit[2]), librum „de remediis peccatorum" in ea recensione, quam Herwag et Wasserschleben tradunt, ex duobus constare Poenitentialibus, quorum uterque habet suam propriam praefationem. Altera enim praefatio spectat ad breve[3]), altera ad plenarium[4]) seu majus Poenitentiale. Textus ipse quoque, quem exhibet Herwag, duos immediate alterum alteri adjunctos libros Poenitentiales dispares continet quoniam in capite V. nova incipit praefatio et tum in parte II. saepius eaedem res ac in prima tractantur. Textus autem, quem Wasserschleben exhibet, duos illos Poenitentiales inter se commixtos complectitur, ita ut loci in utroque Poenitentiali eadem de causa tractantes sub uno titulo sive rubro componantur.

Cum tamen in altera praefatione nomen Bedae[5]), in altera Egberti citetur, hos viros illorum sibi attributorum librorum Poenitentialium fuisse auctores, facile intelligitur. Hildenbrand etiam duos codices in Monacensi bibliotheca (Cod. Frisingensem 111. et Ranshofensem 73.) invenit, qui utrumque librum Poenitentialem separatum continent, cujus alter Bedae alter Egberto adjudicatur. Quapropter Wasserschleben pristinam sententiam mutavit[6]), praesertim cum ipse in codice Viennensi 2223. (Cod. jur. can. n. 116. saec. IX./X.) partem alteram Poenitentialis, quem ante adornaverat, sub nomine Bedae, alteram sub titulo Egberti reperisset, et **Poenitentiale illud geminatum** sub nomine Pseudo-Bedae publici juris fecit[7]). Idem Poenitentiale geminatum praeterea hi continent codices[8]):

---

[1]) Kunstmann: Die latein. Pönitentialbücher der Angelsachsen. Mainz 1844. pag. 32.

[2]) Hildenbrand: Untersuchungen über die germanischen Pönitentialbücher. Würzburg 1851. pag. 67. sqq.

[3]) „De remediis peccatorum paucissima haec etc."

[4]) „. . . . ex quorum omnium ista discripsimus dictis et sententiis veraciter etc."

[5]) „Incipit prologus Bedae presbyteri de remediis peccatorum."

[6]) Wasserschleben: Bussordnungen der abendländischen Kirche. Halle 1851. pag. 37. sqq.

[7]) Ibidem pag. 247. sqq.

[8]) Schmitz: Die Bussbücher und das kanonische Bussverfahren. tom. II. Düsseldorf 1898. pag. 678./679.

a. Codex Monacensis 3853. (Augustanus 153.) membr. fol. saec. X.
b. Codex Monacensis 3851. (Augustanus 151.) membr. fol. saec. IX.
c. Codex Darmstadiensis 118. (Coloniensis 118. Darmstadt. 2117.) fol. saec. X.
d. Codex Parisiensis 3878. membr. fol. saec. X.
e. Codex Sancruciensis 217. membr. fol. saec. X.
f. Codex Düsseldorpiensis B. 113. membr. fol. saec. X., olim bibliothecae DD. canonicorum Essendensium, exhibet „librum de remediis peccatorum", sed nomen Bedae non appellat. Incipit ut Cod. Darmst. his verbis: „Quotiescunque christiani", sed sine inquisitionibus illis: „Fecisti homicidium etc.", addit autem „reconciliationem poenitentis ad mortem". Tum index capitulorum et capita ipsa sequuntur ut in Codice Viennensi.

Etiam Schmitz post Fridericum Kunstmann, qui ex Codice Monac. 3851. (Aug. 151.) Poenitentiale edidit[1]), recens Bedae-Egberti Excarpsum ex Codice Monac. 3853. (Aug. 153.) accuratissime publici fecit juris lectiones variantes addens[2]).

B.

De Ordine ad dandam poenitentiam a Reginone adhibito.

Hujusmodi ex Poenitentiali, Reginonem capita 301.– 304. libri primi desumpsisse constat. Nam in calce capitis 304. industria, ut opinor, initium praefationis primae totius Poenitentialis adjungit dicens: „Haec de remediis peccatorum ex priorum monumentis excerpsimus etc.", et istis verbis ad Poenitentiale geminatum, quod sic incipit: „De remediis peccatorum", delegat. Qua ex causa Friderico Wasserschleben assentiri non possum, qui illa capita ex Halitgarii Poenitentiali derivat[3]), sed ea esse petita ex Poenitentiali geminato potius defendo, praesertim cum Halitgarii Poenitentialis liber ex scrinio Romanae ecclesiae assumptus non incipiat illis verbis: „De remediis peccatorum", neque se

[1]) Kunstmann: Die latein. Pönitenzialbücher etc. pag. 142. sqq.
[2]) Schmitz: l. c. tom. II., 679. sqq.
[3]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 139./140. confer notas v. w. x.

quentem Ordinem ad dandam poenitentiam cum interrogationibus exhibeat. At contra Poenitentiale Pseudo-Bedae vel potius „Bedae-Egberti Excarpsus“ magna quidem ex parte eum continet, exceptis scilicet verbis: „Frater, noli erubescere“ usque ad interrogationes.

Capita 301.—303. libri primi Reginonis sumpta sunt ex calce capitis vel partis Poenitentialis, qui incipit his verbis: „Quotiescunque christiani“. Verba autem haec: „Ut des illis spiritum compunctionis, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo adstricti tenentur, et ad te per condignam satisfactionem revertantur per eundem“, neutiquam inveniuntur[1]).

Sed de illa instructione: „Quotiescunque christiani“ cum Ordine ad dandam poenitentiam conjuncta loqui necesse erit[2]).

Ordinem ad dandam poenitentiam, quem Halitgarii liber Poenitentialis continet, esse Romanum comprobavit Schmitz[3]). Huc accedit, quod titulus ipse in Codice Monacensi 3909. (fol. saec. XII.) est hic: „Incipit liber poenitentialis ex scrinio Romanae Ecclesiae assumptus“[4]). Qui ordo progrediente tempore serioribus additamentis est commixtus — qua ex re colligi potest, eum continuo fuisse in usu et saepissime pro diversis ecclesiis esse transscriptum — et notabiliter inquisitionibus vel interrogationibus est amplificatus, quas sacerdos confessarius in examinandis poenitentibus peccata confessuris sequi poterat. Morinus[5]) ejusmodi Ordinem ex Codice Cassinensi 451. et Schmitz ex Codice Barberino XIV., 93. publici fecerunt juris[6]). In Ordine Codicis Parisiensis olim Mazarinaci 3880.[7]) interrogationes perspicue divisae sunt in tres partes: sc. de viris, de mulieribus, de pres-

---

1) Codex Merseburg. (103. VIII. saec. IX.) habet haec post „venerunt“: „Et hoc scitote, fratres, ut si venerint ad vos servi vel ancillae quaerentes poenitentiam non eos gravetis, neque cogatis tantum jejunare, quantum nubili, quia servi et ancillae non sunt in sua potestate, ideoque medietatem poenitentian eis imponite.“ cf. Wasserschleben: „Beiträge“ etc. pag. 88. et „Bussordnungen“ etc. pag. 390.

2) Schmitz: „Die Bussbücher etc.“ tom. II., 190. seq.

3) Schmitz: Ibidem tom. II., 35. et 191.

4) Schmitz: Ibidem tom. I., 471.

5) Morinus: Commentarius historicus de disciplina in administratione Sacramenti Poenitentia. Antverpiae 1682. Append. pag. 22.

6) Schmitz: „Die Bussbücher“. tom. I., 745 sqq.

7) Schmitz: Ibidem tom. I., 752.

byteris. Etiam Burchardi Wormatiensis Corrector, cui in fronte idem Ordo ad dandam poenitentiam adjunctus est, in capite quinto exhibet interrogationes 197.

Cui Ordini interdum instructio, quae his incipit verbis: „Quotiescunque christiani ad poenitentiam accedunt", subjicitur, et hi sunt libri Poenitentiales et Codices, qui ordinem nostrum cum ista instructione continent:

a. Poenitentiale Sangallense tripartitum[1]);
b. Poenitentiale Merseburgense[2]);
c. Codex Düsseldorpiensis[3]);
d. Poenitentiale geminatum seu Pseudo-Bedae[4]);
e. Poenitentiale Cassinense[5]);
f. Codex Sancruciensis[6]);
g. Poenitentiale Vallicellanum I.[7]).

Instructio illa: „Quotiescunque" divisa est in duas partes, quae in Codice Vallicellano I. et in Poenitentiali Romano Halitgarii separantur oratione hac: „Domine, Deus omnipotens, propitius esto". Pars prima finitur his verbis: „Cum ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua . . . intret in cubiculum . . . . . dicat hanc orationem". Pars II. instructionis sic incipit: „Videns autem ille, qui ad poenitentiam venit, sacerdotem tristem . . . . magis ipse . . . . . exhorrescit peccata sua".

Poenitentiale geminatum primam instructionis partem exhibet usque ad orationem: „Domine, Deus omnipotens, propitius esto", et partis secundae habet haec modo verba: „Videns autem ille, qui venit ad poenitentiam, sacerdotem tristem et lacrymantem pro suis facinoribus, magis ipse timore Dei perculsus amplius, tristatur et exorrescit peccata sua. Et unumquemque hominem accedentem ad poenitentiam si videris acriter et assidue stare in penitentia, statim suscipe illum", cum orationibus et interrogationibus, quibus capitula Poenitentialis sunt adjuncta.

---

1) Codex Sangallensis 150. fol. 323.
2) Codex Merseburgensis 103.
3) Vide supra pag. 27. § 13. A.
4) Vide supra pag. 24. § 13. A.
5) Schmitz: „Die Bussbücher." tom. I., 396.
6) Codex Sancruciensis 217. fol. 47.
7) Schmitz: „Die Bussbücher." tom. II., 290.

Sed nunc, quomodo Regino capita 301.—304. libri primi ex Poenitentiali hauserit, specialiter exponemus.

a. Capita 301, et 302. ex fine articuli, qui incipit: „Quotiescunque“ sumpta sunt, sed post „hanc orationem“ adjungit Regino: „in corde suo“.

b. In capite 303. orationi: „Domine Deus omnipotens“ addita sunt haec verba: „ut des illis spiritum compunctionis, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo adstricti tenentur, et ad te per condignam satisfactionem revertantur per eundem“.

c. Ordinem ad dandam poenitentiam (cap. 304.) Regino exorditur ab hic verbis: „Post haec interroga eum blande leniterque“ [1]; in Poenitentiali vero geminato ante interrogationes istas: „Credis etc.“ sic tantum legimus: „Interrogat sacerdos“. Interrogationes ipsas Excarpsus Bedae-Egberti sive Poenitentiale geminatum continet usque ad haec verba: „His praemissis, poenitentem alloqui affectuose debet sacerdos his verbis: Frater, noli erubescere etc.“ Quam allocutionem verbotenus in Codice Vallicellano F 29. [2]) nec non ea verba, quae sequuntur, inveni: „Videns autem eum sacerdos verecundantem rursum prosequatur: Forsassis, carissime, non omnia, quae gessisti, ad memoriam modo veniunt. Ego te interrogabo. Tu cave, ne diabolo suadente aliquid celare praesumas. Et tunc eum ita per ordinem interroget“.

d. Hinc interrogatorium de peccatis incipit, quod ex Poenitentiali geminato depromptum est praeter has interrogationes:

α. „Fecisti truncationes manuum aut pedum, aut oculos hominis eruisti aut vulnerasti hominem? Pro truncatione unum annum poenitere debes, pro vulnere quadraginta dies“.

β. „Int. Coinquinatus es cum uxore tua in quadragesima? Si hoc fecisti, annum unum poenitere debes aut viginti sex solidos in eleemosynam dare. Si per ebrietatem evenit, quadraginta dies poeniteas. Hoc autem caveri debet, ut viginti dies ante natalem

---

[1]) Codex Paris. lat. 3880 (membr. olim Mazarinaeus fol. saec. XII.) similia exhibet: „Sacerdos suscipiat eum cum omni hilaritate et benevolentia.“ Cf. Schmitz: I., 752.

[2]) Qui Codex continet: „Orationale seu Breviarium et Antiphonarium ex Gelasiano et Gregoriano conflatum.“ Cf. Schmitz: I., 760, qui igitur errat dicens, illam allocutionem (sc. Frater noli erubescere) in nullo Ordine adhuc edito inveniri.

Domini et Pentecosten et omni die dominica et post conceptionem manifestatam vir contineat se ab uxore".

γ. „Int. Bibisti (Cod. Monac. 3851. exhibet: edidisti) de liquore, in quo mus vel mustela mortua inventa fuerit? Quadraginta dies p. d." Quam interrogationem praeter Codices Monac. 3851. Cassinens. 151. et Barberin. XIV., 93, nullus Ordo habet.

δ. „Int. Fecisti aliquid vel dixisti in quocunque opere, vel inchoasti per sortilegam vel magicam artem? Annum unum p. d."

ε. „Int. Cantasti carmina diabolica super mortuos? Viginta dies poeniteas".

ζ. „Int. Iunxisti te mulieri tempore menstruo? Quadraginta dies poeniteas".

η. „Int. Nupsisti cum uxore tua, postquam peperit, antequam quadraginta dies adimplerentur? Triginta dies poeniteas".

ϑ. Int. Communicasti de sacrificio Domini et non prius abstinuisti ab uxoris amplexu quinque aut septem diebus? Dies viginti p. d."

ι. „Int. Operatus es aliquid in dominica die? Septem dies poeniteas".

Interrogationes de homicidio, de furto, de adulterio ab iis Ordinis Romani eo maxime differunt, quod poenae accuratius et fusius a Reginone indicantur. Quam rem hoc docebit exemplum:

Poenit. gem. ex Codice Monac. 3853.	Regino:
Fecisti homicidium aut casu aut nolens aut pro vindicta parentum aut jubente domino tuo aut in publico bello vel facere voluisti et non potuisti? V annos, aut III. vel XL dies; similiter si servum occiderit, II poeniteat.	Fecisti homicidium, aut casu, aut nolens aut volens, aut pro vindicta parentum aut jubente domino tuo aut in publico bello? Si voluntarie fecisti, septem annos poenitere debes; si nolens aut casu, quinque annos; si pro vindicta parentis, annum unum et sequentibus duobus annis tres quadragesimas et legitimas ferias. Si in bello, quadraginta dies. Si liber es et jubente domino servum innocentem occidisti, annum unum, in duobus aliis annis tres quadragesimas et legitimas ferias; si servus dignus est morte, quadraginta dies poeniteat.

Interrogationes ipsas admonitio quaedam excipit, quae his incipit verbis: „Nunc tibi, octo principalia vitia explicabo, id est,

superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam etc". Cujus admonitionis initium reperitur quidem in capite primo Poenitentialis Egberti [1]), verumtamen non recipiebatur in Poenitentiale geminatum. Istam admonitionem, quam eandem Halitgarius in capite I. libri I. („De octo principalibus vitiis et unde oriuntur.") exhibet [2]), invenio exiguis variationibus in Codice Vallicellano F 29 jam supra memorato [3]). Quomodo inter se differant, collatio haec monstrabit:

Halitgarius:	**Cod. Vallic. F. 29:**	**Regino:**
Radix quippe cuncti mali superbia est: de qua Scriptura attestante dicitur: Initium omnis peccati superbia. De qua quoque virulenta radice, septem principalia vitia proferuntur: scilicet, inanis gloria, invidia, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria. Nam quia his septem superbiae vitiis nos captos doluit, idcirco Redemptor noster ad spiritualis liberationis praelium. Spiritu septiformis gratiae plenus venit. Sed habent contra nos haec singula exercitum suum. Nam de inani gloria haec oriuntur: inoboedientia, jactantia, hyprocrisis, contentiones, pertinaciae, discordiae et novitatum praesumptiones. De invidia nascitur odium, susurratio, detractatio, exsultatio in adversis proximi afflictio autem in prosperis. De ira proferuntur rixae,	Nunc tibi fili, octo principalia vitia explicabo, si in illis te percussum, tactum vel vulneratum sentis, vide ne celes mihi. Primum scilicet superbiam, ex qua nascitur omnis inoboedientia, omnis praesumptio et omnis pertinacia, contentiones, haeresis, arrogantia. Vanam gloriam, ex qua nascitur jactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloria, cupido vel hypocrisis. Invidiam, ex qua nascitur odium, susurratio, detractio, exaltatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. Iram, qua nascitur et oriuntur rixe, tumores contumelie, clamor, lites, indignatio, praesumptio, blasphemie, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria. Tristitia, ex qua nascitur malitia, rancor animi,	Nunc tibi octo principalia vitia explicabo, id est, superbiam, vanam gloriam invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, poenitentiam suscipe. Nam ex his omnia vitia oriuntur. De superbia, quae initium omnis peccati est, et regina omnium malorum nascitur. omnis inoboedientia, omnis praesumptio et omnis pertinacia, contentiones, haereses, arrogantia. De inani (Helmstad. „vana") gloria oriuntur inoboedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinaciae, discordiae, novitatum praesumptiones. De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exaltatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. De ira oriuntur rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio, blasphemiae.

---

[1]) Schmitz: Ibidem I., 575.

[2]) Migne: tom. 105. (s. l.) pag. 658.

[3]) Schmitz: Ibidem I., 761.

Halitgarius:

tumor mentis, contumeliae clamor, indignatio, blasphemiae.

De tristitia nascitur malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis erga illicita. De avaritia oriuntur proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo. Et contra misericordiam obdurationes cordis.

De ventris ingluvie propagatur inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam.

De luxuria generatur caecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, praecipitatio amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror autem vel desperatio futuri.

Cod. Vallic. F. 29:

pussilanimitas amaritudo, desperatio, stupor mentis, vagatio mentis, saepe etiam et praesentis vite nulla delectatio. Avaritia, ex qua oriuntur invidie, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapine, violentie, injusta judicia, contemptus veritatis, future beatitudinis oblivio, obduratio cordis. Ventris ingluviem, ex qua nascitur inepta laetitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus. Luxuria, ex qua oritur cecitas mentis, inconstantia, oculorum vel totius corporis praecipitatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus praesentis seculi horror et desperatio futuri.

Regino:

De tristitia nascitur malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor, vagatio mentis. De avaritia oriuntur proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo et contra misericordiam obduratio. De ventris ingluvie propagatur inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus. De luxuria generatur coecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror et desperatio futuri.

Utrum Halitgarius an Codex quidam Vallicellano similis fons fuerit Reginonis, definire nolo. Attamen ex eorum collatione concludendum nobis est, illas tres recensiones admonitionis in unum eundemque Romanum Ordinem Reginonis temporibus adhibitum spectare.

Allocutionem sequentem: „Ergo si superbus usque modo fuisti, humilia te ipsum in conspectu Dei etc.“ nusquam inveni, sed ea pars, quae his incipit verbis: „Tunc prosternat se poenitens in terram et cum lacrymis dicat: Et in his et in aliis vitiis quibuscunque humana fragilitas etc.“ et sic desinit: „indulgentiam consequi merear“, apud Morinum reperire mihi contigit in fine cujusdam „Confessionis purae coram Deo et Angelis et coram omnibus Sanctis“, quae haec habet[1]):

[1]) Morinus: Commentarius historicus. Antverpiae 1682. pag. 56. Appis.

„Quoniam in his et aliis vitiis, in quibuscunque humana fragilitas contra Deum et Creatorem suum aut cogitando aut loquendo aut operando aut delectando aut concupiscendo aut alio quolibet modo peccare potest, in omnibus me peccasse et reum in conspectu Dei super omnes homines esse et cognosco et confiteor. [— Ideoque precor vos Angelos cunctosque Sanctos Dei et te venerande sacerdos Dei in quorum conspectu haec omnia confessus sum, ut testes mihi sitis in die judicii contra diabolum hostem, inimicum generis humani, haec omnia me confessum fuisse[1]) —]. Obnixe etiam te Sacerdos Dei exposco ut intercedas pro me et pro peccatis meis ad Dominum Deum nostrum, quatenus de his et de aliis omnibus sceleribus meis veniam et indulgentiam per merita et intercessionem omnium Sanctorum a pio Domino consequi merear.“ Quam formulam „Confessionis“ neque Halitgarius neque Excarpsus Bedae-Egberti in „Ordine ad dandam poenitentiam“ exhibent.

Rubrica sequens „Deinde sacerdos surgat etc.“ invenitur quidem apud Halitgarium et in Poenitentiali geminato, conferentes vero tres recensiones intelligemus, Reginonem ex neutro auctore, sed ex alio hausisse fonte istam rubricam:

Regino:

Deinde sacerdos surgat et psalmum trigesimum septimum decantet; deinde quinquagesimum et quinquagesimum tertium, et prosternat se in terra, et dicat hanc orationem:

Poenit. gem.:

Cod. Darmst.

Tunc da illi penitentiam et judica secundum modulum criminum ejus. Data vero poenitentia dic psalmum: Deus in nomine tuo et sic has orationes.

Cod. Monac.

. . . . si vult ipsa dimittere dic psalmum 37.: Domine in furore tuo. Et dic hanc orationem: Deus, cujus indulgentia etc. Deinde dic psalmum: Benedic anima mea Dominum et omnia usque renovabitur ut aquila et dic orationem

Halitgarius:

Incipiunt orationes ad dandam poenitentiam:

Inprimis dicat sacerdos psalmum 37: Domine in furore tuo arguas me. Et postea dicat: Oremus: et psalmum 102: Benedic anima usque renovabitur. Et iterum dicat: Oremus et psalmum 50: Miserere usque iniquitates meas dele. Post haec psalmum: Deus in nomine tuo et dicat: Oremus. Deinde psalmum: Quid gloriaris usque: videbunt justi, et dicat hanc orationem: Oremus: Deus, cujus indultia.

[1]) Quod parenthesi inclusum est, apud Reginonem deest.

Poenit. gem.

hanc: Deus, sub cujus oculis etc. . . . dic psalmum: miserere mei deus et omnes iniquitates dele et deus in nomine tuo usque ad finem.

Orationem, quae sequitur: „Precor, Domine, clementiam et misericordiam tuam et majestatem, ut famulo tuo N . . . veniam relaxare digneris etc.“, exhibet Poenitentiale geminatum in Codicibus Monacensi et Darmstadiensi tertio loco nec non illam precationem: „Deus omnipotens sit adjutor et protector tuus et praestet indulgentiam de peccatis tuis praeteritis, praesentibus et futuris“, alibi continet. In fine totius Ordinis Regino adjungit initium Excarpsus Bedae-Egberti [sc. praefationem Bedae]: „Haec (quod verbum addit Regino) de remediis peccatorum ex priorum monumentis excerpsimus etc.“

Etiam libri II. Reginonis capita 247.—256. ex Poenitentiali geminato sive ex Excarpsu Bedae-Egberti sumpta sunt, quae his respondent capitibus ejusdem Poenitentialis:

Regino:		Poenit. geminat.
L. II. cap. CCXLVII.	=	cap. I. § 1. 2. 3. 5.[1]) 4. 5.
„ „ „ CCXLVIII.	=	„ II. § 1. 2. 3.[2])
„ „ „ CCXLIX.	=	„ III.
„ „ „ CCL.	=	„ VI. et VIII.
„ „ „ CCLI.	=	„ IX.
„ „ „ CCLII.	=	„ IV. et XI. § 1. 2.
„ „ „ CCLIII.	=	„ XI. § 2.
„ „ „ CCLIV.	=	„ XII. § 1. 2. 3.
„ „ „ CCLV.	=	„ X. § 1. 3.

---

[1]) Poenitentiale hic aliquantulum differt a Reginone: „Si quis pontifex fornicationem naturalem faciens, judicavit, ut XII annos penitentiam fecisset, per multas lacrimas et elemosinas et semper a Domino veniam petat, post annos tres vel quatuor levius poeniteat.“

[2]) Poenitentiale habet sic in calce § 3.: „Si autem se redimere vult potens, pro uno die donet valente denario uno in qualicunque re ei placuerit, pauper vero medietatem.“

Addimus nunc capita utriusque libri Reginonis, quae eadem ex Poenitentiali Bedae-Egberti sunt excerpta.

Regino:				Poenit geminat.
L.	I.	c.	130[1]). 147[2]). 148.	= c. XVII. c. XIX. § 1. 2.
"	"	"	149. 150. 151.	= " XIX. § 2. § 2. c. XX.
"	"	"	339. 340.	= " V. § 1. 2. § 2.
"	II.	"	23. 24. 25.	= " XIII. § 1.
"	"	"	51. 52.	= " XXXIV. § 3.[3]) c. XIII. § 2.
"	"	"	53. 54.	= " XVI. c. XIII. § 1.
"	"	"	65. 66.	= " XIV. § 1. § 2.
"	"	"	81.[4]) 133.	= " XV. § 3. c. I. § 1.
"	"	"	134. 135.	= " I. § 1.
"	"	"	276. 335.	= " XXXII. c. XVIII. § 1.
"	"	"	336. 337.	= " XVIII. § 1.
"	"	"	338. 363.	= " XVIII. § 2. c. XXX. § 1.
"	"	"	364. 365.	= " XXX. § 2. § 3.
"	"	"	376. 377.	= " XXII. § 1. § 2.
"	"	"	422. 443.	= " XXXVIII. c. XXXV. § 1.
"	"	"	444. 445.	= " XXXIX. § 1. § 2. § 3.
"	"	"	446. 447. 448.	= " XLI. c. XLII.
"	"	"	449. 450.	= " XLII. " XLIII.
"	"	"	451. 452.	= " XLIII. " XLIV.
"	"	"	453. 454.	= " XLV. " XLVI.

Quod vero in notis infra scriptis in extenso attuli, paucis complecti mihi liceat:

Regino accuratissime usus est codice quodam, qui Bedae-Egberti Excarpsum sive Poenitentiale geminatum et ampliorem Ordinem in forma Codicis Vallicellani F. 29. continebat. Qui Codex Vallicellanus, cujus Ordo, ut opinatur Schmitz[5]), usque ad saeculum IX. est revocandus, ex coenobio quodam s. Benedicti oriri videtur, cum in litania omnium Sanctorum nomen s. Benedicti bis afferatur, ita ut statui possit, in monasterio Reginonis similem

[1]) Regino ex Poenitentiali etiam numerum capitis hic transtulit.

[2]) Item ut in nota 1.

[3]) „Si quis aliquem in expeditione publica occiderit hominem sine causa, jejunet hebdomadas XXII.“

[4]) Item ut in nota 1.

[5]) Schmitz: I., 760.

Ordinem fuisse in usu. Regino ipse illud Poenitentiale geminatum nominat Romanum[1]), quod Ordo ejus ad dandam poenitentiam multum cum eo consentit, qui „ex scrinio Romanae ecclesiae assumptus" libris Poenitentialibus Halitgarii est adjunctus[2]).

C.

De Halitgario, qua fonte Reginonis.

Halitgarii quoque libri Poenitentiales erant fons Reginonis, ex quibus haec petebat capita:

Regino:		Halitgarius.
L. I. 85. 86. 87.	=	l. V. 1. et 2; 3. 4.
„ „ 88. 89. 90.	=	„ „ 5.[3]) 6.[4]) 7.[5])
„ „ 91. 200[6]). 201[7]).	=	„ „ 8. 14. 15.
„ „ 297. 298. 299. 309.	=	Ex praef. libri VI.
„ II. 153. 154. 160.	=	l. IV. 15[8]). 18[9]). 16[10]).

[1]) Inscriptio capitis 247. l. II. haec habet: „Ex Poenitentiali Romano Theodori Episcopi et Bedae presbyteri."

[2]) Migne: tom. 105. (s. l.) pag. 717. Etiam Schmitz (I., 471.) eundem librum sub titulo „Poenitentialis Romani" publici fecit juris.

[3]) Halitgarius sic exhibet: „Ex Concilio Carthaginis cap. IV. Faustinus episcopus ecclesie potentiae provincie piceni, legatus Romanae eccles. dicit: Placet ut episcopus, presbyter et diaconus vel qui sacramenta contractant, pudicitie custodes ab uxoribus se abstineant. Ab universis episcopis dictum est: placet ut in omnibus et ab omnibus pudivitia custodiatur, qui altari inserviunt."

[4]) „Quod custodes et levite cum mulieribus coire non debeant. Innocentii P."

[5]) „De incontinentia sacerdotum et levitarum. Ejusdem Innocentii papae cap. XXI."

[6]) „Et ea contingere, quae virorum officiis deputata sunt", non inveniuntur in Halitgarii capite XIV., sed illa verba ex inscriptione capitis XV. sumpta sunt.

[7]) „Ex ep. Pap. Gelasii cap. XVI. Post „exhibere" sequuntur haec: „nisi quod omnium delictorum, quae singillatim praestinximus noxiorum reatus omnis et crimineos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt vel committentur minime publicando pravis excessibus se favere significant."

[8]) „Quod non liceat alterius sponsam ad matrimonii jura sortiri. Ex ep. Pap. Syricii ad Hymerium Tarracon. episc. cap. IV."

[9]) „De desponsatis puellis et ab aliis corruptis. Ex Conc. Ancyrano cap. X."

[10]) „De raptoribus."

§ 14.
De Regum Francorum Capitularibus, quae in collectione Reginonis citantur.

A.
Quid Regino ex Ansegisi Capitularium compilatione petierit.

Capitularia vocantur non solum sensu strictiori leges ipsae capitulis comprehensae et idcirco capitularia appellatae, sed etiam sensu latiori alia monumenta legalia, quae tam ad conficiendas leges quam ad eas exequendas pertinere videbantur. Constitutiones regiae de placito habendo vel de hoste faciendo, capitula a regibus imperatoribusque consilio optimatum in conventibus publicis proposita, procerum ad examinanda ea selectorum judicia, tum conventus et curiarum singularum — episcoporum vel comitum — relationes ad principem, edicta regia de observandis vel explicandis legibus, litterae encyclicae et hujusmodi alia, sub nomine Capitularium sunt collecta, quae schedis membranaceis inscripta et episcopis, abbatibus et comitibus transmissa tam in archivo palatii quam in ecclesiis cathedralibus, in monasteriis et mallis publicis servabantur.

Ejusmodi Capitularium collectiones omnino fuisse necessarias [1]), luculentissime apparet ex XI. capitulo Karoli II. de missis dominicis in Silvaco edito a. 853.: „Capitula autem avi et patris nostri, quae in praeceptis commemoravimus, qui ex missis nostris non habuerint, et eis indiguerint, ut commissa per illa corrigere possint, sicut in eisdem capitulis jubetur, de scrinio nostro vel a cancellario nostro accipiant, ut rationabiliter et legaliter cuncta corrigant et disponant“ [2]). Eandem confirmat rem fragmentum istud epistolae regiae ad missos ex Codice 4. (Paris. 4626.) capitulari supra commemorato additum: „Mandamus praeterea, ut si capitula avi et genitoris nostri non habetis, mittatis ad palatium nostrum de more praedecessorum vestrorum missum vestrum et scriptorem cum pergamena, et ibi de nostro armario ipsa capitula accipiat atque conscribat. Et vos deinde secundum ipsa

---

[1]) Gengler: Deutsche Rechtsgeschichte im Grundrisse. Erlangen 1849. pag. 215, not. 171.

[2]) Pertz: Mon. Germ. LL. I., 425.

capitula, Dei justitia populique a Deo nobis commissi necessarias proclamationes, legaliter emendare sollerti vigilantia procuretis. Valete" [1]).

Capitula Karoli, Ludowici et Lotharii imperatorum „per diversorum spatia temporum in diversis sparsim membranulis scripta, quotquot invenire poterat" [2]), Ansegisus abbas Fontanellensis, vir egregius summaeque inter aequales auctoritatis et amplitudinis, ut ipse narrat [3]), „ne oblivioni traderentur, pro dilectione nimia praedictorum gloriosissimorum et pro amore sanctissimae prolis eorum sed et pro sanctae ecclesiae statu in uno libello adunare proposuit". Quod opus mense Januario anni 827. in lucem editum quatuor libris constat. In ipsis conscribendis Ansegisus usus est Capitularibus, quorum majorem quidem partem ad nostra usque saecula in libris Karoli et Ludowici aevo scriptis servatam invenimus, plurima autem sine ejus lucubratione in oblivionem essent adducta. Quo ex opere, quod mox publico favore exceptum et exinde legis per totum imperium auctoritatem adeptum in multis codicibus pervulgatum erat, Regino in compilandis libris de synodalibus causis multa Capitularia hausit, quae in hanc tabulam composui, et quatenus a Capitularibus Ansegisi differant in notis infra scriptis attuli:

Regino:		**Ansegisus:**
L. I. 3. 13. 24. 25.	=	I., 103 [4]). 94 [5]). 85 [6]). 149 [7]).
„ „ 26. 30. 31. 32.	=	I., 87 [8]). II., 34 [9]). I., 145 [10]). 142 [11]).

---

[1]) Ibidem I., 427.

[2]) Ibidem I., 256. In praefatione Ansegisi ad Capitularium libros quatuor.

[3]) Pertz: Mon. LL. I., 272.

[4]) Numerus tituli Ansegisi a Reginone est assumptus, qui ex fronte illius capitis nostrum canonem compsit, omisit vero reliqua.

[5]) Numerus item assumptus est a Reginone, sed omittitur inscriptio: „De praedicatione et confirmatione episcoporum".

[6]) Num. ass. sed omitt. inscr.: „De mansis uniuscujusque ecclesiae".

[7]) Per errorem Regino exhibet: num. CXVII.

[8]) Num. ass. sed deest inscr.: „De villis novis et ecclesiis in eis noviter constitutis".

[9]) Desunt num. et inscr.: „De antiquis ecclesiis, ut honorem suum habeant".

[10]) Num. ass. Verba haec: „et ut superflua altaria destruantur de ecclesia" conflata sunt ex Benedicti Levitae cap. 256. § 6. in fine libri II.

[11]) Num. ass. Deest inscr.: „De honore pro ecclesiis dando".

Regino:		Ansegisus:
L. I. 36. 37. 38.	=	I., 67[1]). IV., 38[2]). II., 22[3]).
„ „ 39. 43. 44.	=	IV., 51[4]). I., 143[5]). 157[6]).
„ „ 45. 53. 61.	=	II., 37[7]). I., 144[8]). 146.
„ „ 62. 70. 74.	=	I., 147[9]). 155[10]). III., 55[11]).
„ „ 76. 77. 95.	=	I., 156[12]). 93[13]). 92[14]).
„ „ 125. 126. 142.	=	I., 153[15]). II., 46[16]). I., 161[17]).
„ „ 143. 144. 145.	=	III., 38[18]). 72[19]). I., 138[20]).

[1]) Num. fals. ass., de quo in tractatione ipsa disseritur. Post „digni sunt" originale sic habet: „et cum honore serviant; Et ut saecularia negotia et vaniloquia in ecclesiis non agantur: quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum. Et intentos habeant animos ad Deum, quando veniunt ad missarum solemnia, et ut non exeant ante completionem benedictionis sacerdotalis".

[2]) Num fals. ass. Desunt inscr.: „De nonis et decimis", et initium capituli: „Consideratum est, ut de frugibus terrae et animalium nutrimine persolvantur". Tunc sequitur noster canon.

[3]) Num. ass. Deest. inscr.: De operibus in restaurationem ecclesiarum adimplendis".

[4]) Num. fals. ass.

[5]) Item. deest inscr.: „De decimis dispensandis".

[6]) Num. ass.

[7]) Num. ass. deest inscr.: „De hoc, ut ab incestuosis et ab his qui decimas non dant et presbyteris neglegenter viventibus wadii non accipiantur". Regino finem tantum capituli deprompsit.

[8]) Num. ass. Desunt inscr.: „De ecclesiis et altaribus" et haec verba initii: „Ut ecclesiae vel altaria melius construantur". Tunc sequitur nostrum caput.

[9]) Desunt num. et inscr.: „De parochianis alterius presbyteri".

[10]) Num. ass.

[11]) Item.

[12]) Num. ass. sed deest inscr.: „De ampulis duabus in coena Domini habendis." Originale exhibet post: „ecclesiae": „et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini."

[13]) Num. ass. Deest inscr.: „De presbyteris, qui pro chrismate in coena Domini veniebant."

[14]) Num. ass. Deest inscr.: „De presbyteris, qui feminas in domibus habeant."

[15]) Num. ass. Deest inscr.: „De sepultura, ubi non fiat."

[16]) Num. ass. D. i.: „De sepultura."

[17]) Num. ass. D. i.: „De ebrietate.

[18]) Hic etiam libri Ansegisi numerus a Reginone assignatus est. D. i.: „De causa, ebrii hominis et de ejus testimonio et de placito comitis".

[19]) Num. ass. D. i.: „De non cogendo vinum in hoste".

[20]) Hic etiam num. libri ass. D. i.: „De non cogendo bibere".

Regino:	Ansegisus:
L. I. 176. 177. 204. 205.	= I., 66[1]). 6[2]). 76[3]).
„ „ 206. 207. 208.	= I., 154[4]). 159[5]). 160[6]).
„ „ 209. 221. 242.	= II., 5[7]). I., 150[8]). 140[9]).
„ „ 243. 256. 258.	= I., 147[10]). 86[11]). 147[12]).
„ „ 260. 262. 263.	= I., 148[13]). 151[14]). 152[15]).
„ „ 288. 289. 290.	= I., 119[16]). 223[17]). 224[18]).
„ „ 291. 332. 333.	= I., 225[19]). 132[20]). II., 38[21]).

[1]) Num. fals. capituli et libri ass. D. i.: „De fide presbyterorum ab episcopis discutienda". Regino finem tantum deprompsit capituli.

[2]) Num. lib. st. cap. ass. D. i.: „De presbyteris quando missam celebrent".

[3]) Num. lib. et cap. ass. D. i.: „De praedicatione episcopi et presbyterorum". Regino non verbotenus excerpsit capitulum, cujus finem omisit.

[4]) Num libr. et cap. ass. D. i.: „De praedicatione et capitulis presbyterorum".

[5]) Num. cap. ass. D. i.: „De admonitione sacerdotum".

[6]) Num. cap. ass. D. i.: „De praedicatione ad plebem".

[7]) Num. cap. ass. D. i.: „De admonitione domni imperatoris ad episcopos de sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus et de scolis". Regino tantummodo initium capituli deprompsit.

[8]) Num. libr. et cap. ass. D. i.: „De rebus presbyterorum".

[9]) Num. lib. ass. D. i.: „De presbyteris qualiter introitum ecclesiae consequantur".

[10]) Regino citat: „ex eodem Capitulari cap. XLI." Invenitur vero canon iste in cap. 141. l. I. Capit Ansegisi. Mendum ortum esse videtur ex: „C. XLI.", quod librarii: Cap. XLI. existimarunt. Deest apud Reginonem inscr.: „De presbyteris, a quibus per ecclesias constituantur".

[11]) Num. lib. et cap. ass. sed mutata est inscriptio: „De presbyteris uniuscujusque ecclesiae".

[12]) Num. ilb. et cap. ass.

[13]) Num. lib. et cap. ass., sed in numero capitis mendum est per errorum librarii.

[14]) Num. lib. et cap. ass. sed non inscr.: „De poenitentibus non cogendis".

[15]) Deest numerus. Inscr. Ansegisi: „De presbyteris, a quibus caveant".

[16]) Deest num.

[17]) Num. cap. ass. D. i.: „De turpibus lucris".

[18]) Deest num.

[19]) Num. cap. sed deest inscr.: „De emptione tempore messis causa cupiditatis et turpis lucri". Post „lucrum dicimus" originale insuper exhibet haec: „Si hoc propter necessitatem comparat, ut sibi habeat et aliis tribuat, negotium dicimus".

[20]) Num. libr. et cap. ass. sed d. i.: „De communicatione fidelium".

[21]) Num. libr. et cap. ass. sed d. i.: „De discretione corporis et sanguinis dominici perceptione".

Regino:		Ansegisus:
L. I. 334. 371. 372.	=	II., 43[1]). I., 117[2]). II., 29[3]).
„ „ 373. 383. 384. 385.	=	II., 30[4]). I., 75[5]).
„ „ 387. 388. 399.	=	I., 139[6]). II., 33. I., 25[7]).
„ „ 400. 407. 408.	=	I., 136[8]). 84[9]). 82[10]).
„ „ 409. 410. 411. 412.	=	I., 82.
„ II. 30. 31. 32. 33.	=	IV., 17[11]). 13[12]). 14[13]).
„ „ 41. 45. 74.	=	IV., 14. III., 25. 89[14]).

[1]) Num. libr. et cap. ass.

[2]) Item. Post „perditum sit" habet originale: „Quia dictum est nobis, quod negotiatores Judai necnon et alii gloriantur, quicquid eis placeat, possit ab eis emere!

[3]) Item. inscr. Ansegisi: „De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis". Antecedunt nostro canoni apud Ansegisum haec verba: „Nulla sub Romana ditione constituta ecclesia vel exenodochium vel ptochotrophium, vel nosochomium vel orphanotrophium vel gerontotrophium vel brephotrophium vel monasterium tam monachorum quam sanctimonialium, archimandritam habens vel archimandritissam; ergo his omnibus non liceat abalienare" — nunc noster canon sequitur — Finem autem Capitularis Regino omisit.

[4]) Num. cap. ass. Inscr. Ansegisi: „De hoc quomodo liceat ad imperatorem res sancti loci transferre".

[5]) Regino non verbotenus excerpsit Capitulare, quod dividebat in tres partes. Inscr. Ansegisi: „De operibus servilibus, quae diebus dominicis non sunt agenda".

[6]) Num. libr. et cap. ass. D. i.: „De mercato".

[7]) Item. Inscr. Ansegisi: „De presbyteris non absolute ordinandis".

[8]) Num. cap. ass. Inscr. Ansegisi: „De ordinatione presbyterorum". Post „examinentur" habet originale: „Et ut excommunicationes passim et sine causa non fiant".

[9]) Num. cap. ass. D. i.: „De presbyteris constituendis". Antecedunt nostro canoni haec verba: „Statutum est sine auctoritate et consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur".

[10]) Num. cap. ass., quod divisum est a Reginone in partes quinque. D. i.: „De ordinatione servorum".

[11]) Num. libri et cap. ass. Inscr. Ansegisi: „De homine publicam poenitentiam agente interfecto".

[12]) Item. Inscr. Anseg.: „De honore ecclesiarum".

[13]) Item. Regino caput Ansegisi in duas partes divisit. Inscr. Anseg.: „De injuriis sacerdotum vel quorumlibet ex clero in ecclesia factis".

[14]) Item. Inscr. Anseg.: „De homicidiis infra patriam factis."

Regino:		Ansegisus:
L. II. 79. 80. 105.	=	App. I., 34. IV., 25. I., 42[1]).
„ „ 114. 155. 157.	=	III., 31[2]). I., 99[3]). 98[4]).
„ „ 189. 190. 191.	=	I., 96[5]). IV., 16[6]). 17[7]).
„ „ 265. 315. 316.	=	II., 37[8]). I., 61[9]).
„ „ 317. 318. 319.	=	III., 8[10]). 10[11]). 58[12]).
„ „ 320. 340. 341.	=	IV., 26[13]). 22[14]). III., 32[15]).

---

[1]) Num. lib. et cap. ass. D. i.: „De uxore a viro dimissa".

[2]) Item Inscr. Anseg.: „De eo, qui causam judicatam repetere praesumat".

[3]) Item. D. i.: „De desponsatis et ab aliis raptis". Antecedunt nostro canoni in originali haec verba: „De desponsatis puellis et ab aliis raptis ita in concilio Ancyritano capitulo decimo legitur: Desponsatae".

[4]) Item Inscr. Anseg.: „De puellis raptis necdum desponsatis". Originale addit ad Concilium Chalcedon: „ubi 630 patres fuerunt capitulo 38."

[5]) Item ut supra.

[6]) Item D. i.: „De raptu viduarum".

[7]) Item.

[8]) Num. lib. ass. D. i.: „De hoc, ut ab incestuosis et ab his, qui decimam non dant neglegenter viventibus wadii non accipiantur". Post „detur" sequitur: „Et constituimus, ut incestuose juxta canonicam sententiam poenitentia multentur: qui vero decimas post crebras admonitiones et praedicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento vero eos constringi nolumus propter periculum perjurii."

[9]) Desunt num. et inscr.: „De perjuriis". Post „loquela" et ante „Item cavendum est" originale haec exhibet: „Quia sunt aliqui, qui per caritatem et veritatem jurant, et cavent se a juramento nominis Dei et nesciunt, quod idem est Deus quod est caritas et veritas, dicente Johanne Apostolo, quia Deus caritas est." Regino divisit Capitulare in duas partes.

[10]) Num. lib. et cap. ass. D. i.: „De juramento". Post „debentur" originale sic habet: „Et infantes qui antea non potuerunt propter juvenilem aetatem jurare, modo fidelitatem repromittant".

[11]) Num. cap. ass. D. i.: „De perjuriis".

[12]) Item D. i.: „De sacramentis ad palatium adrhamitis".

[13]) Num. lib. et cap. ass. D. i.: „Sacramenta ubi juranda sint". In originali caput habet hanc formam: „Ubi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta adrhamire vel jura, ibi mallum habeatur et ibi sacramenta jurentur". Quod nunc sequitur de mallo, Regino praetermisit.

[14]) Item Regino tantummodo excerpsit Capitulare, cujus inscriptionem: „De falsis testibus" omittebat.

[15]) Item D. i.: „De eo, qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat".

Regino:		Ansegisus:
L. II. 342. 424. 430.	=	III., 52[1]). I., 118[2]). II., 35[3]).
„ „ 431. 436.	=	II., 44[4]). III., 90[5]).
„ „ 438. 440.	=	I., 29[6]). III., 91[7]).

Quemadmodum ex notis apparet, Regino Capitularium collectione accuratissime quidem usus est, summaria autem, quae omnibus Capitularibus sunt anteposita apud Ansegisum, plerumque omisit, ut ceteroquin solet, quoniam plerumque sub uno rubro singula capitula eadem de causa agentia connectit his verbis: „De eadem re“. At contra pluribus Capitularibus numerum capituli et interdum numerum ipsius libri Ansegisi adjungit. Saepius autem Regino falsum numerum capitis citare videtur; e. g. caput 36. l. I. sumptum esse ex capite 68. Ansegisi allegat, illud autem caput 36. invenitur sub numero 67. Neque dubito, quin Regino codice Capitularium usus simili Babenbergensi et Parisiensi 4628. A., qui initio libri primi adhuc hoc caput: „si servus clericus fiat“ ponunt, ita ut enumeratio capitulorum mutetur[8]). Ansegisi capita 61. et 76. (libri I.) in binas, caput 82. (l. I.) in quinque, et caput 75. (l. I.) in tres divisit partes Regino.

B.

De Capitularium collectione a Benedicto Levita compilata, qua fonte Reginonis.

Praeter Ansegisi Capitularium collectionem Reginoni alia quoque praesto erat, sc. Benedicti Levitae[9]), de qua compilatione auctor ipse: „Haec“, inquit, „capitula, quae in subsequentibus tribus libellis coadunare studuimus, in diversis locis

---

[1]) Item. D. i.: „De testibus ad testimonium dicendum qualiter adhibeatur“.
[2]) Item. D. i.: „De mendicis discurrentibus“.
[3]) Num. lib. ass. Inscr. Ansegisi: „De compatribus et filiolis“.
[4]) Num. cap. ass. D. i.: „De conditione filiorum a parentibus et patrinis“.
[5]) Num. lib. et cap. ass. D. i.: „De mensuris et ponderibus“.
[6]) Item. D. i.: „De conspiratione clericorum vel monachorum“.
[7]) Item. D. i.: „De conspirationibus“. Post: „flagellantur“ originale sic habet: Et ut de caetero in regno nostro nulla hujusmodi conspiratio nec per sacramentum nec sine sacramento fiat“.
[8]) Pertz: Mon. Germ. LL. I., 275. nota *.
[9]) Stobbe: Geschichte der deutschen Rechtsquellen. I. Abtheilung. Braunschweig 1860. § 22. pag. 231.

et in diversis scedulis, sicut in diversis synodis et placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus, et maxime in sanctae Mogontiacensis metropolis ecclesiae scrinio a Riculfo ejusdem sanctae sedis metropolitano recondita, et demum ab Autgario secundo ejus successore atque consanguineo inventa reperimus, quae in hoc opusculo tenore supradicto inserere maluimus"[1]). De Benedicti figmentis, quae in Gallia quidem sub Karolo Calvo recepta in Germania autem nunquam legis vigorem adepta sunt, F. H. **Knust** sic scripsit: „Si verum est, quod nullus dubitat, ut fides auctorum non ex eo tantum modo pendeat, quod ipsi de semetipsis suisque libris praedicant, sed maxime ex aliorum testimonio, certorum consensu documentorum et totius, de qua agunt, disciplinae connexu atque tenore proficiscatur: hunc diaconi quondam Moguntini librum nomine collectionis capitularium quo sese efferre cupit, plane indignum esse, ingenue confitendum est. Promissa enim non continet, multa legi Capitularium contraria exhibet, hanc pauca audacter conficta nobis apponit et omnem rerum ac sententiarum ordinem confundit"[2]). Quod opusculum jam Rhabano sedem Moguntinam regente (817.—856.) longe lateque disseminatum[3]), praeter Reginonem etiam Isaac Lingonensis, Herardus Turonensis, Hincmarus Remensis, auctor collectionis Anselmo dedicatae, Burchardus, Ivo et ceteri collectores plurimi[4]) adhibuerunt.

Regino vero perpauca capitula ex Benedicti collectione excerpsit, quae in hoc indice recensentur[5]):

Regino:		**Benedictus Levita:**
Lib. I., 47.	=	I., 276[6]).
„ I., 276[7]).	=	III., 206.

[1]) **Pertz**: Mon. Germ. LL. III., 1. pag. 39. In praefatione capitulorum.

[2]) Ibidem pag. 19. [3]) Ibidem pag. 34. [4]) Ibidem pag. 35.

[5]) **Wasserschleben** ed. Reg. pag. 523.

[6]) Num. lib. et cap. ass. Inscr. Benedicti: „De his, qui nonas et decimas dare neglexerunt." Post „se sciat" originale habet insuper haec verba: „Ita enim continetur in capitulari bonae memoriae genitoris nostri in primo libro, capitulo 57.: „Quicunque decimam detrahit de ecclesia, ad quam per justitiam dari debet et eam praesumptiose vel propter munera aut amicitiam aut aliam quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, et ejusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat."

[7]) Deest numerus lib. et cap. Benedicti. Regino addit post: „munera dare": „aut dedisse".

Regino:		**Benedictus Levita:**
Lib. II., 56.	=	Additio IV., 8 [1]).
= II., 225 [2]).	=	I., 165.

Capiti 47. l. I. Regino falsam dat vel mutilam inscriptionem („Ex eodem. cap. V. l. V.), cum duas allegationes confundat. Depromptum enim est illud capitulare ex capite V. Wormat. Capitularium quod in libro V. (Benedicti l. l.) Capitularium sub capite 276. inveniebat. Omisso capitis Benedicti numero assumpsit numerum capitis Wormatiensis.

C.

De aliis Capitularibus a Reginone exhibitis.

Haud dubitandum est, quin Regino praeter illas etiam alias Capitularium collectiones ad ordinem et rationem redactas adhibuerit. — Ut supra jam innui, monumenta legalia, quae Capitularia vocantur, episcopis, abbatibus et comitibus transmissa in scrinio palatii, in cathedralibus, monasteriis et mallis publicis servabantur, et ne facile interirent libris legalibus vel codicibus juris ecclesiastici inseri solebant. At libri juris ecclesiastici vel civilis, quibus capitularia inscripta habentur, complures tam in Germania et Italia, quam in Gallia et marca Hispanica exarati, ad nostra usque tempora devenerunt. Cujusmodi multos codices Henricus Pertz in praefatione ad tomum primum Legum enumerat, quos — ut tantum in Germania repertos commemorem — in ecclesia s. Martini Moguntiacensis, cathedrali Augustana et Frisingensi, in monasteriis s. Emmeramni Ratisponensi, Tegernseensi et Chiemensi, Sangallensi, Weissenaugiensi, Weissenburgensi et Corbejensi explorabat [3]). Certe autem praesumendum est licentia Radbodi archiepiscopi scrinium ecclesiae metropolitanae promptum expositumque fuisse Reginoni.

Incipiam a Capitulari Vernensi Pipini regis, quod sub „titulo IX.“ in capite 426. libri II. Regino excerpsit. Quamquam Wasserschleben putat synodum Vermeriensem anno 753. [4]) et ante synodum

[1]) Num. de est. Regino sumpsit nostrum caput ex calce longioris capituli Benedicti.

[2]) Regino addit: „Quodsi obedire sacerdotibus noluerint, oportet eos per secularem disciplinam coerceri“, fortasse ex capite 28. Conc. Mogunt. a. 847. h. Confer Wasserschleben: ed. Reg. pag. 302. nota n.

[3]) Ex praefatione pag. XII. Mon. LL. I.

[4]) Wasserschleben ed. Reg. pag. 260 nota b ad cap. 117. lib. II.

Vernensem esse celebratam, tamen cum Ludowico Oelsner arbitror, synodum Vermeriensem habitam esse a. 756. Cum vero id factum hoc loco accuratius cognoscere nolim, delego lectorem benevolum ad Excursum Ludowici Oelsner in opere infra notato[1]). Reginonem vero non usum esse originali, sed alio compendio, haec docebit collatio:

Regino:

De presbytero, qui fuerat degradatus.

Si quis presbyter ab episcopo suo fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus, et ipse per contemtum et superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere praesumpserit, et postea, ab episcopo suo correptus, in coepta praesumptione perduraverit, hic omnimodis excommunicetur, et ab ecclesia expellatur. Et quicunque cum eo communicaverit scienter, similiter sciat se esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis et feminis excommunicatis observandum est. Quodsi aliquis omnia contempserit et episcopus emendare minime potuerit, regis judicio exilio damnetur.

Capitulare Vernense. ed. Pertz[2]).

De modis excommunicationis tam de clericis quam laicis.

Si quis presbyter ab episcopo suo degradatus fuerit et ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine commeatu facere praesumpserit et postea ab episcopo correptus et excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. Similiter quicunque clericus vel laicus aut femina incestum commiserit, et ab episcopo excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicat similiter excommunicetur. Et ut sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis, in aecclesia non debet intrare, nec cum multo christiano cybum vel potum sumere; nec ejus munera accipere debet vel osculum porrigere nec in oratione jungere, nec salutare, antequam ab episcopo suo sit reconciliatus. Quodsi aliquis se reclamaverit, quod injuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum episcopum venire, et ibidem secundum canonicam institutionem dijudicetur; et interim suam excommunicationem custodiat. Quodsi aliquis ista omnia contempserit et episcopus hoc minime emendare potuerit, regis judicio exilio condamnetur.

---

1) Oelsner: Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin. Leipzig 1871. pag. 455. Conter etiam de chronologia Synodorum temporibus Pippini habitarum: Hauck: Kirchengeschichte Deutschlands. Leipzig 1890. II. Theil. pag. 32 nota 1.

2) Pertz: Mon. Germ. LL. I., 25.

Isto cum capitulari, quod Pertz edidit, caput 62. libri I. Benedicti Levitae, etiam quod ad inscriptionem pertinet, paene verbotenus concordat, ita ut merito ponam, Reginonem non ex isto fonte originario, sed ex alio adhuc incognito hausisse [1]).

Regino quoque nonnulla capitula, ex Concilio, quod factum fuit „ad Vermeriam temporibus Pippini Regis", laudat, quae contra indissolubile matrimonii vinculum dicere videntur. Quapropter Binterim Concilium illud Vermeriense subreptitium, canones confictos, aetatem ejus incertam esse probare conatur [2]); sed de auctoritate Canonum Vermeriensium dubitari non potest, ut Hefele [3]) et Oelsner [4]) evidentissime monstrarunt. Et haec sunt capitula, quae Regino ex illo concilio deprompsit:

	Regino:		Capitulare Verm.
L. II.	117. 118. 119.	=	V. VI [5]). VII [6]).
= =	120. 121. 123.	=	VIII [7]). XIX. IX [8]).
= =	124. 244.	=	XXI. XVII.

---

[1]) Wasserschleben ed. Reg. pag. 379. n. t.

[2]) Binterim: De capitulis Theodori Cantuariensis episcopi et canonibus Synodi Vermeriensis et Compendiensis dissertatio critica. Düsseldorpii 1811 pag. 37.—77.

[3]) Hefele: Conciliengeschichte. Freiburg 1877. 2. Aufl. Bd. III., 537.

[4]) Oelsner: loco cit. pag. 277. sqq. et 306. sqq. et Excurs II. p. 455. sqq.

[5]) In Originali sic legimus: „Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit inservita [si eam a servitute redimere potest, faciat], si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere. Similiter et mulier ingenua, si servum accipiat pro ingenuo, et postea pro qualicunque causa inservitus fuerit, nisi pro inopia fame cogente se vendiderit, si ipsa hoc consenserit, et de praescio viri sui a fame liberata fuerit, si voluerit, potest eum dimittere, et si se continere non potest, alium ducere. Similiter et de muliere, si se vendiderit, et vir ejus ita consenserit, taliter potest stare, si se separaverint. Poenitentia autem amborum necessaria est. Nam qui de pretio paris sui de tali necessitate liberatus fuerit, in tali conjugio debent permanere, et non separari.

[6]) Orig. addit: „sed melius est suam ancillam tenere."

[7]) Orig. habet post nostrum canonem: „Quodsi ipsam dimiserit et aliam duxerit, cogatur omnino, ut posteriorem dimittat, et ipsam cum qua prius adulterium fecit, recipiat, aut illa vivente nullam aliam habeat."

[8]) Origin. haec exhibet: „Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit aut seniorem suum, cui fidem mentiri non poterit, secutus fuerit; et uxor ejus, cum valet et potest, amore parentum

Sub inscriptione: „De separatione" Regino „ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini" exhibet etiam haec capita:

II., 213. 214. 215. 216. = I[1]). II[2]). X. et XI[3]). XII[4]).

quibus sub rubrica: „ex eodem" capita 217.—223. ejusdem libri adjunguntur[5]), quorum origo est dubia. Inveniuntur enim similia capita etiam in Concilio Compendiensi (a. 757. h.) videlicet:

II., 217. 218. 219. = XI[6]). XIII[7]). XV.
„ 220. 221. 222. = XVII[8]). XVIII[9]). XXI[10]).
„ 223. = XXII[11]).

---

aut rebus suis, cum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem secuta non fuit, vivet, semper innupta permaneat. Nam ille vir ejus, qui necessitate cogente in alium locum fugit [si nunquam in suam patriam se reversurum sperat] si se abstinere non potest, aliam uxorem cum poenitentia potest accipere."

[1]) Orig. addit post „separantur" haec: et post poenitentiam actam, si ita voluerint, licentiam habent aliis se conjungere.

[2]) Orig. explicit sic: „carnale commercium cum eo non habeat, nisi voluntate se abstinet, potest alio nubere".

[3]) Orig. habet in cap. X.: „Si filius cum noverca sua, uxore patris sui, dormierit, nec ille nec illa possunt ad conjugium pervenire. Sed ille vir, si vult, potest aliam uxorem habere, sed melius est abstinere"; et in capite XI.: „Si quis cum filiastra sua dormierit, simili sententia stare potest; et cum sorore uxoris suae simili modo stare potest".

[4]) Orig. habet post: „nullam ex illis habeat" insuper haec: „nec illa adultera soror, nec ille vir, qui cum illa adulteravit, alios nunquam accipiant."

[5]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 330.

[6]) Orig. exhibet haec: „Si quis homo habet legitimam et frater ejus, adulteravit cum ea, ille frater vel illa femina, qui adulterium perpetrarunt, interim quo vivunt, nunquam habeant conjugium. Ille, cujus uxor fuit, si vult, potestatem habet accipere aliam."

[7]) In originali caput his scriptum est verbis: „Si pater sponsam filii oppresserit et postea filius ipsam acceperit, pater ejus postea non habeat uxorem et ipsa femina non habeat virum, quia non dixit, quod pater ejus cum ipsa mansisset; filius vero ejus, qui nesciens fecit, accipiat mulierem legitimam".

[8]) In orig. hoc scriptum legimus: „Si quis cum matre et filia in adulterio mansit, nesciente matre quod cum filia sua mansisset, similia et filia nescivit, quod cum matre sua esset, postea ille vir, si acceperit mulierem, dimittat, usque in diem mortis suae non habeat uxorem, et illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum; et illa mater et filia, cum quibus in adulterio mansit, ambabus nescientibus, quod cum matre et filia mansisset,

Quae septem capita cum aliis duobus Baluzius genuino Vermeriensis Concilii textui addit sub hoc titulo [1]):

„Alia capitula Synodi Vermeriensis, relata a Reginone, abbate Prumiensi, in libro de ecclesiasticis „disciplinis et religione Christiana.“ Et in notis ad Capita ista haec refert:

„Descripta sunt ex Reginone, ut fert titulus, in libro secundo de ecclesiasticis disciplinis. Eadem habentur inter capitula apud Compendium promulgata anno 757. licet aliis ut plurimum verbis. Quod suspicionem facere posset illa per errorem tributa Synodo Vermeriensi fuisse a Reginone, nisi compertum haberemus nota quoque illi fuisse Decreta Synodi Compendiensis. Immo cum in capite 125. libri secundi retulisset caput 21. Vermeriense, statim capitula tria describit ex Decreto apud Compendium. Qui et antiquus Capitulorum Compendiensium titulus. Quod ostendit Reginonem bene scivisse, quae fuerint statuta Synodi Vermeriensis, quae vero Compendiensis. Nam et in capite 244. ejusdem libri, post allatum caput 17. Vermeriense, in sequenti capite, quod est Synodi Compendiensis, non scripsit in titulo: „ex eodem“, ut

---

habeant viros. Nam si in notitiam illorum venerit hoc scelus, dimittant maritos et agant poenitentiam, et illorum mariti posteriores accipiant mulieres.“

[9]) Orig. haec exhibet: „Similiter et de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit, et alteram in publico accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis. Et illae duae sorores, si nescierunt, habeant maritos. Et si in notitiam eis venit, superiorem formam servent.“

[10]) Orig. hoc scribit: „Si qui propter faidam fugiunt in aliam patriam et dimittunt uxores suas, nec illi viri nec illae feminae accipiant conjugium.“

[11]) Invenimus in orig. hoc scriptum: „De incestis. Si homo incestum commiserit de matre sua et cum matrina sua de fonte et de confirmatione sua, aut cum matre et filia aut cum duabus sororibus, aut cum fratris vel sororis filia aut nepta aut cum consobrina vel subrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam suam perdat, si habet. Et si se emendare noluerit, nullus eum recipiat nec cibum ei donet. Et si fecerit, LX solidos domno regi conponat, usque dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet, si liber est, mittatur in carcerem usque ad satisfactionem. Si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis. Et si dominus suus permiserit amplius in tale scelus cadere, ipse dominus regi LX solidos componat.“

[1]) Baluzius: Capitularia Regum Francorum. Curante Petro de Chiniac. Parisiis 1780. tom. I., 165.

solet cum significare vult Constitutionem, quae sequitur, sumptam esse ex eodem loco, ex quo descripta erat ea quae antecedit, sed „De eadem re“. Ceterum praeterea exemplar Synodi Vermeriensis, quod exstat in codice sancti Vincentii Metensis, esse imperfectum et mendosum, jam supra observavimus. Nam etiam titulus et praefatio desunt et nota anni quo Synodus illa celebrata est. Adde quod Regino, diligens et accuratus scriptor, duo capita refert Synodi Vermeriensis, quae non habentur in Compendiensi, nimirum duo ultima istorum Capitulorum et quae heic habentur, quae in Synodo quoque Compendiensi referuntur, ea multum inter se diversa sunt, ut mox ostendam; adeoque tamen etsi eundem sensum habent, diversis temporibus condita fuisse videntur“ [1]). Etiam Wasserschleben in nota h. ad caput 220. haec exponit:

„Omnes illi canones Compendienses, quos Regino ex Concilio Vermeriensi citat, huic quoque adscribendi esse videntur, quum et in canonum defloratione illa, quae vulgo genuinis 44 Concilii Wormatiensis (anno 868.) capitibus adjungitur, capite 19. (62.) tres canones Vermerienses cum duobus Compendiensibus in unum redacti sint caput, scil. Compend. c. 17. 18., Vermer. c. 10. 11. 12. (Reg. II., 220. 221. 215. 216.), ita ut Vermeriensis Concilii acta mutila tantum ad nostram pervenisse aetatem non sine jure putemus“ [2]). At Ludowicus Oelsner concedit quidem Henrico Pertz, qui illa capita Synodi Compendiensis esse animadvertit [3]), fieri non potuisse, ut Regino per errorem utramque confunderet et Vermeriensem pro Compendiensi ponat, praesertim cum saepius Capitulare Compendiense fontem alleget, sed arbitratur potius [4]), exemplar, quod Reginoni praesto erat, sane jam illa additamenta continuisse, immo vero Synodum Wormatiensem a. 868. habitam in condendo capite 63. ejusmodi exemplari adaucto usam esse. Sed etsi constaret, tale exemplar Vermeriensium Capitulorum supra commemorato modo amplificatum exstitisse, ea re nondum comprobatum esset, illud fuisse genuinam formam capitularium Vermeriensium, cum tales amplificationes ex aliis

[1]) Ibidem tom. II., 1026.
[2]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 301.
[3]) Pertz: Mon. Germ. LL. I., 23. nota 1.
[4]) Oelsner: Jahrbücher des fränk. Reiches. Excurs. II. pag. 450.

ejusdem temporis capitularibus excerptae non sint rarae [1]). Rectissime putat, capita 123. et 222. libri II. nimium inter se dissidere, quam ut credi possit, ea capita in uno eodemque Capitulari contenta fuisse. Nam in capite 123. viro tantum, in capite 222. utrique marito in eadem causa secundae nuptiae interdicuntur. Quam ob rem sententiam Rudolfi de Scherer sequi non possum, qui affirmat [2]), istam inter utrumque capitulare existentem discordantiam levem esse neque ad rei naturam ipsam pertinere. Hauck delegat nos etiam ad capita 216. (Verm. 12.) et 221. (Comp. 18.) libri II., quae inter se ita differunt, ut canon Compendiensis accuratius agat de eadem causa quam Vermeriensis, sc. de duabus sororibus, quae cum uno eodemque viro se miscebant [3]).

Quapropter illa supra dicta capita Vermeriensi Synodo abjudicanda et Compendiensi addicenda esse arbitror, quam opinionem etiam Hefele sequi videtur [4]).

Ut jam supra attigi, Regino Synodum quoque Compendiensem a. 757. habitam novit, ex qua haec deprompsit capitularia:

Reg. II., 125. 126. = V. IX [5]).
" " 127. 217. 218 [6]). = X [7]). XI. XIII.

---

[1]) Ibidem loco citato.

[2]) v. Scherer: Ueber das Eherecht bei Benedict Levita und Pseudo-Isidor. Festschrift. Graz 1879. pag. 33. nota 3.

[3]) Hauck: Kirchengeschichte Deutschlands. Leipzig 1890. Bd. I., 32. not. 1.

[4]) Hefele: Conciliengeschichte. III., 576.

[5]) Hoc caput in originali his scriptum est verbis: „Homo Francus accepit beneficium de seniore suo et duxit secum suum vasallum et postea fuit ibi mortuus ipse senior, et dimisit ibi ipsum vasallum et post hoc accepit alius homo ipsum beneficium, et pro hoc ut melius potuisset habere illum vasallum, dedit ei mulierem de ipso beneficio, et habuit ipsam aliquo tempore; et dimissa illa, reversus est ad parentes senioris sui mortui et accepit ibi uxorem et modo habet eam. Diffinitum est, quod illam quam postea accepit, ipsam habeat."

[6]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 300 e. f.

[7]) Orig. habet hanc lectionem: „Si quis, uxore accepta, invenit eam a fratre suo contaminatam, ipsam dimittens accepit aliam ipsamque contaminatam invenit, uxor illius legitima, propterea quia nec ipse virgo fuit illo tempore. Quodsi tertiam postea acceperit, revertat ad medianam; et ipsa posterior potestatem habeat alio viro se conjungere."

Reg. II., 219. 220. 221. = XV. XVII. XVIII.
" " 222. 223. 245. = XXI. XXII. XX[1]).

Regino exhibet locos, qui saepius ab originali vehementer abhorrent.

Sequuntur nunc alia Capitularia a Reginone adhibita chronologice:

Karoli Magni Capitulare ad Salz a. 803. h.
Reg. I., 27. 52. = III. II[2]).

Karoli Magni Capitulare Aquisgranense ad episcopos a. 813. h.[3]).
Reg. I., 10. = I[4]).

Ludowici Capitulare Aquisgranense ad episcopos et omnem populum a. 825. h.
Reg. I., 42. = V[5]).

---

[1]) In origin.: „Si quis vir accepit mulierem et habeat ipsam aliquo tempore, et ipsa femina dicit, quod non mansisset cum ea, et ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia caput est mulieris." Quod nunc sequitur, Regino praetermittit: „De muliere, quae dicit, quod vir suus ei commercium maritale non reddit, Georgius consensit."

[2]) Regino omisit post: „stabilis permaneat": „et ipsas res ubi delegatas esse videntur permaneant".

[3]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 31.

[4]) In originali hoc caput sic scriptum legimus: „Ut episcopi circum eant parochias sibi commissas, et ibi inquirendi studium habeant de incestu, de patricidiis, fratricidiis, adulteriis, cenodoxiis et alia mala, quae contraria sunt Deo, quae in sacris scripturis leguntur quae christiani devitare debent. Et infra illorum parochias ecclesiae, cui necesse est, emendandi curam habeant. Similiter nostras a nobis in beneficio datas, quam et aliorum ubi reliquiae praeesse videntur. Et ut monachi per verbum episcopi et per regimen abbatis, et per bona illorum exempla, regulariter vivant, prout loca locata sunt. Et ut praepositus et hi qui foras monasteria sunt, ne venatores habeant; quia jam frequenter jussimus ne monachi foras monasterio habitassent."

[5]) In originali: „De sacerdotibus vero ad vestram curam pertinentibus magnum adhibete studium, ut qualiter vivere debeant, et quomodo populis ad suae portionis curam pertinentibus exemplo et verbo prosint, a vobis cum magna cura edoceantur et admoneantur, et ut id facere studeant, vestra pontificali auctoritate constringantur. Quicquid autem in illis a populis juste reprehenditur, in exemplo propriae conversationis vestra providentia corrigere non neglegat." Tunc sequitur nostrum caput.

Lotharii Capitularia generalia Wormatiensia a. 829. h.

Reg. I., 19. 28. 40. 47. = X[1]). IV[2]). III[3]). V[4]).
" " 48. 49. 50. = VI. VII. IX[5]).
" " 244. 245. = I. II[6]).

Cum Regino, ubi excerpsit capita ex Capitulari Wormatiensi, numerum originalis addat, in capitibus 244. et 245. autem numeros omittat et tantummodo citet: „ex eodem", concludendum mihi esse videtur, illa capita non ex Wormatiensi, ut putat Wasserschleben[7]), sed ex Benedicti Levitae compilatione, quae eadem illa exhibet, sumpta esse.

Lotharii Capitularia Wormatiensia pro lege habenda a. 829.

Reg. II., 75. 78. = III[8]). II.

Conventus Karoli II. in villa Sparnaco a. 846. h.

Reg. I., 41. = LXII.

Karoli II. Synodus Suessionensis a. 853. h.

Reg. I., 14. II., 298[9]). = Capitulare missorum IV[10]). Capit. XI.
" II., 324. 325[11]). 432. = Cap. miss. VIII[12]).
= IX[12]).

[1]) Deest inscriptio cf. Pertz: LL. I. 351. [2]) Item. [3]) Item.

[4]) Confer notam 7. ad I., 276. (vide § 14. B. „De Benedicto Levita qua fonte Reginonis".)

[5]) Origin. ponit loco: „annonam": „nonam et decimam", quod adventiciam adulterationem esse puto".

[6]) Post: „auferat" exhibet originale: „Et ubi ad nostrum beneficium ecclesiae pertinentes ita divisae inventae fuerint, ut describatur et nobis renuntietur". Benedictus Levita, qui idem illud capitulare affert, (I., 99.) adjungit illa relata verba.

[7]) Wasserschleben: ed. Reg. nota n. ad cap. 244. l. I.

[8]) In originali desunt haec verba: „vel absque lege . . . . . et certa probatione".

[9]) Regino citat: „ex Concilio apud Medardum", quoniam apud civitatem Suessionensem in monasterio S. Medardi habebatur.

[10]) Regino omisit haec verba: „et capitularia domni Karoli imperatoris avi nostri et pii augusti Hludowici domni et genitoris nostri".

[11]) Regino addit in cap. 324.: „neque aliquis juret" et in cap. 325.: „Nullus etiam in dominica die placitum teneat aut juramentum juret; et omisit: „Et in diebus pentecostes simili observatione eodem feriatos dies venerari omni modis studeant".

[12]) Regino omisit post: „poenitentiam": „temporaliter et corporaliter".

Karoli II. et Lotharii Conventus ad Valentianas
a. 853. h.
Reg. II., 433. = X[1]).

Karoli II. Conventus apud Carisiacum a. 857. h.
Reg. II., 279[2]). 280. = III. IV. VII.
" " 281. et 282. sumpta sunt ex Capitularibus in compendium redactis[3]).

Conventus Ludowici, Karoli et Lotharii in basilica S. Castoris apud Confluentiam anno 860.
Reg. II., 309. = VI[4]).

Ludowici, Karoli et Lotharii Conventus ad Sablonarias
a. 862. h.
Reg. II., 188. = V[5]),

Karoli II. Synodus Pistensis a. 862. h.
Reg. II., 294. = IV[6]).

Karoli II. Edictum Pistense a. 864. d.
Reg. II., 323. 435. = XXXIII[7]). XX[8]).

---

[1]) Hujus Conventus excerpta tantum capita ad nostram pervenerunt aetatem. In cap. X. haec legimus: „De placito nostro et de communi adjutorio contra Normannos et de collocutione nostra fraterna".

[2]) Regino excerpsit tantummodo capita III. et IV.

[3]) Wasserschleben: ed. Reg. pag. 321.

[4]) In Originali: „Ut nemo episcoporum hominem peccantem ab ecclesia et a christiana communione alienet, donec illum secundum evangelicum praeceptum, ut ad emendationem et poenitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans, si commonitus inoboediens et incorrigibilis permanserit et ad emendationem redire noluerit, regiam vel rei publicae potestatem per se episcopus vel per ministros suos adeat, ut constringatur et ad emendationem et poenitentiam peccator redeat. Qui etiam si ita ad correctionem perduci nequiverit, tunc secundum leges ecclesiasticas medicinali separatione a communione ecclesiastica segregetur."

[5]) Regino initium tantum capitularis sumpsit.

[6]) Regino caput nostrum sumpsit ex medio et calce capitularis.

[7]) Regino omisit totum initium originalis et post: „juret": „sicut in capitulorum libris decessorum et progenitorum nostrorum continentur"; et post: „praesumat" verba haec: „quia ex hoc jam etiam manifestam Dei vindictam vidimus et audivimus.

[8]) Excerptum a Reginone ex longiori capitulari.

Capitul. Karlomanni apud Vernis palatium a. 884. h.

Reg. I., 17. II., 290. 291. = VII. V. VI[1]).
〃 II., 292. 293. 427. = VIII. X[2]). XIII.
〃 II., 428[3]). = XII.

Quodsi omnia, quae infra adnotavimus, breviter complectimur, dicendum nobis est, Reginonem non accurate, ut solet, usum esse Capitularibus, sed ea excerpsisse tantum, nisi forte capita ex alio Compendio hausit, quod ista in forma citata exhibet.

---

[1]) Item.
[2]) Item.
[3]) Regino praetermisit post: „praeceptum“: „Hospitales invicem sine murmuratione“, et addit post: „receptis“ haec: „Hospes eram et suscepistis me. Et Job dicit: ostium meum semper viatori patuit.“

Vita.

Carolus Wawra, fidei addictus catholicae, natus sum Nissae in Silesia anno MDCCCLXVIII. die XIII. mensis Februarii patre Carolo, matre Minna e gente Petzeld. Puer XIII annorum adii quartam classem gymnasii regii catholici Nissensis, quod tunc sub auspiciis Viri Clarissimi Dris Julii Zastra florebat. Maturitatis testimonio instructus anno MDCCCLXXXIX. in hac alma litterarum universitate apud Theologorum Catholicorum Ordinem nomen dedi. Interfui per VII semestria lectionibus theologicis Virorum Reverendissimorum Friedlieb, Probst (†), Laemmer, Scholz, Koenig, Krawutzcky, Commer, Frantz, Mueller, et philosophicis Virorum Doctissimorum Baeumker, Hueffer, Elster, Gruenhagen, Fraenkel, nec non per quinque semestria exercitationibus, quas in seminario regio moderabatur Reverendissimus professor Dr. Scholz. Quibus viris doctissimis omnibus quas debeo gratias refero. Anno MDCCCXCII. Theologorum Catholicorum Ordo, cum studiosos invitasset, ut „sacramenta novi testamenti quomodo gratiam operarentur, secundum sacram scripturam, theologorum doctrinam, ecclesiae definitiones“ exponerent, mihi lucubrationem proponenti praemium regium addixit. Eodem anno examine pro ingressu superato inter alumnos seminarii clericorum episcopalis receptus, cui regendo tunc temporis Reverendissimus canonicus Dr. Speil praeerat, die 21. mensis Junii a. MDCCCXCIII. ab Eminentissimo S. R. E. Presbytero Cardinali et Celsissimo Principe Episcopo Wratislaviensi Domino Georgio Kopp presbyter sum ordinatus. Tum capellanus in parochiis Javoriensi et Wratislaviensi ad St. Nicolaum per quatuor annos animarum curam gessi. Mense Julio anni MDCCCXCVII. a Reverendissimo et Eminentissimo Principe Episcopo convictorii theologorum catholicorum praefectus nominatus sum, quo munere adhuc fungor.